

II.

DE CAVENDIS VITIIS ET VIRTUTIBUS EXERCENDIS

AD CAROLUM CALVUM REGEM.

(Apud eundem ex codice S. Michaelis ad Mosam.)

PRÆFATIO.

ut in lectione sacra quærendus sit: proinde tibi Gregorii epistolam ac si ad se scriptam et ex eaque proficiat.

O CAROLO regi glorioso HINC MARUS, nomine isto Rhemorum episcopus, ac plebis Dei

roboris, sicut jussistis, epistolam beati Gre-
Recharedum regem Wisigothorum, ex qua
quædam inter cætera dixi, quando proxime
retractum de operibus misericordiæ sermo
. Cui epistolæ aliquanta ex verbis ejusdem
egregii superadditi, attendens promissio-
is dicitur: *Quod supererogaveris, ego cum
reddam tibi (Luc. x, 15)*. Non enim pauca
detis, cum non solum erogata, verum et
gata diligenter legetis, intelligenter ser-
s quotidie magis ac magis de virtute in
proficiendo custodietis. Nam sunt quidam,
a de litteris divinitus inspiratis habere
uæ aut non legunt, aut transeuntes recta
t, vel ob hoc ea scire volunt, ut favores
ominis scientia comparent. Sunt enim qui
i libenter legunt, vel aure percipiunt, sed
m retinent: et quisque alimenta non reti-
is profecto vita desperatur (S. Greg. *hom.*
us enim mentis est sermo Dei, et quasi ac-
bus stomacho languente rejicitur, quando
sermo in ventre memoriæ non tenetur.» Et
i cordibus juxta evangelicam parabolam,
olus verbum, ne credentes salvi fiant) *Luc.*
Et sunt qui ita divinum verbum audiunt C
t, ut ex eo contra culpas compungantur, et
st fletum ad culpas redeunt, et obliviscun-
planxerant, cum extinguere nolunt vitia
dent. Et sunt nonnulli, qui audito vel lecto
i econtra se erigunt, et contra peccata ac-
etrata ardentissime commoventur: sed sa-
e commotiones sollicitudinibus et volupta-
ivitiis suffocantur, cum importunis cogita-
suis guttur mentis strangulant, et bonum
m, aut ad cor intrare non sinunt, aut de-
vellunt ea quæ bonum desiderium quasi
atus vitalis necant. Quibus Dominus dicit:
leo est verba Dei audit: propterea vos non
sia ex Deo non estis (Joan. viii, 47). (Hom. D
enim ipse verba Dei audit qui ex Deo est,

A et audire verba ejus non potest quisquis ex illo
non est, interroget se unusquisque si verba Dei in
aure cordis percipit, et intelliget unde sit. Cœlestem
patriam Veritas desiderare jubet, carnis desideria
conteri, mundi gloriam declinare, aliena non appeti,
propria largiri. Penset ergo apud se unusquisque
vestrum, si hæc vox Dei in cordis ejus aure conva-
luit, et quia jam ex Deo sit agnoscit. Nam sunt
nonnulli qui præcepta Dei nec aure corporis perci-
pere dignantur, et sunt nonnulli qui hæc quidem
corporis aure percipiunt, sed nullo ea mentis desi-
derio complectuntur: et sunt nonnulli, qui libenter
verba Dei suscipiunt, ita ut jam in fletibus compun-
gantur, sed post lacrymarum tempus ad iniquita-
tem redeunt. Hi profecto verba Dei non audiunt,
quia hæc exercere in opere contemnunt, et amorem
sæculi amoris Dei præponunt. » Quibus item Domi-
nus dicit: *Væ vobis divitibus, qui habetis consolati-
onem vestram (Luc. vi, 24)*. (*Moral. lib. x, c. 30.*)
« Qui hoc loco signantur nomine divitum, nisi im-
moderati amatores divitiarum, qui venturi judicis
respectum non habent, dum superbis apud se cogi-
tationibus tument? Nam sunt nonnulli, quo census
per tumorem non elevat, sed misericordiæ opera
exaltant. Et sunt nonnulli, qui dum terrenis se opi-
bus abundare conspiciunt, veras Dei divitias non
requirunt, atque æternam patriam non amant, quia
hoc sibi sufficere, quod rebus temporalibus ful-
ciuntur, putant.» De quibus dicit Scriptura: *Omnes
qui diligunt munera sequuntur retributiones (Isa. i,
23), et ignis devorabit tabernaculum eorum, qui munera
libenter accipiunt (Job. xv, 34)*. (*Greg., ibid.*) « Non
est ergo census in crimine, sed affectus. Cuncta
enim quæ Deus condidit bona sunt, et qui bonis male
utitur profecto agit, ut quasi per edacitatis inglu-
viem, eo per quem vivere potuit de pane moriatur.
Pauper ad requiem Lazarus venerat, superbum vero
divitem tormenta cruciabant. Sed tamen dives
Abraham fuerat, qui in sinu Lazarum tenebat, qui
tamen auctori suo colloquens dicit: *Loquar ad Do-
minum meum, cum sim pulvis et cinis (Gen. xviii, 27)*.
Quid itaque iste divitias suas æstimare noverat,
qui semetipsum pulverem cineremque pensabat?
Aut quando hanc res possessa extolleret, qui de se
quoque, earum videlicet possessore, tam abjecta
sentiret? (*lib. x, c. 13.*) Cæterum iniqui modo, cum
tristia aliqua, vel adversa patiuntur, effugii latebras

inveniunt, quia ad voluptatem protinus desideriorum carnalium recurrunt. Ne enim paupertas cruciet, divitiis animum demulcent: ne despectus proximorum deprimat, sese dignitatibus exaltant. Si fastidio corpus atteritur, antepositis epularum diversitatibus nutritur. Si quo animus mœstitiæ impulsu dejicitur, mox per interposita jocorum blandimenta relevatur. Tot ergo hic habent effugia, quot sibi præparant delectamenta. Sed quandoque eis effugium perit, quia eorum mens, amissis omnibus, se solummodo et iudicem conspicit. Tunc voluptas subtrahitur et voluptatis culpa servatur, et repente miseri periendo discunt quia peritura tenuerunt: qui tamen quousque corporaliter vivunt quærere nocitura non desinunt. » Et tales in vano accipiunt animam suam, dum ei curam carnis anteponunt: sicut dives qui induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide, et recepit bona in vita sua, sine consolatione in æterna vita, Quam transitoriam consolationem, non solum pro summo, sed et pro vero bono refugiebat habere rex sanctus, qui dixit: *Renuit consolari anima mea: memor fui Dei, et delectatus sum* (Psal. LXXVI, 3). *Etenim adhærere Deo bonum est, ponere in Domino spem meam* (Psal. LXXII, 28). Et: *Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ* (Psal. XXVI, 4); quia: *Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te* (Psal. LXXXIII, 5), qui ascensiones in corde suo disposuerunt in convalle lacrymarum (ibid., 6, 7), id est in sæculo, in terra morientium, ubi fuerunt eidem regi lacrymæ suæ panes die ac nocte, dicenti: *Credo videre bona Domini in terra viventium* (Psal. XXVI, 13). (Greg. hom. 18.) « Et sunt qui audito vel lecto verbo Dei, ut terra bona, fructum per patientiam reddunt, cum et bona humiliter operantur, et proximorum mala æquanimiter tolerant. Quanto enim quisque altius profecerit, tantò in hoc mundo invenit quod durius portet, quia cum a præsentis sæculo mentis nostræ delectatio deficit, ejusdem sæculi adversitas crescit. »

Vos autem, domne charissime, quem Deus talento intellectus magnifico et potenter ditavit, solerter attendite, cui inde rationem estis reddituri, in conspectu totius humani generis, et angelorum atque archangelorum, et nolite in sudario religatum in terra illud abscondere, id est in terrenis tantum actibus implicare: sed sursum cor ad illum levate, qui mire nos condidit, gratuito nutrit, rationis substantia in conditione ditavit, gratia sua vos vocavit, donis suis vos illuminavit, paternæ pietatis sollicitudine a flagellorum doloribus ad salutis gaudia misericordiæ medicamento reduxit, peccantem non deseruit, muneribus multis et potentia glorificavit. Per singulos dies rationes vobiscum agite de his quæ accepistis de manu Domini, et quæ illi propter illa rependitis, vel rependistis; quia sic unicuique bona a se collata enumerabit, dicens: *Popule meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? responde mihi. Quoniam ego eduxi vos per desertum*

A *quadraginta annis, non sunt attrita vestimenta vestra, manna de cælo plui vobis, et obliti estis me* (Deut. XXIX, Mich. VI). Et item: *Quid debui ultra facere vineæ meæ, et non feci?* (Isa. V, 4.) Et: *Expectavi ut faceret uvas, fecit autem labruscas* (ibid.). Et beneficientibus, et in recta fide et bonis operibus perseverantibus dicit in iudicio: *Esurivi, et dedistis mihi manducare* (Matth. XXV, 35), et cætera quæ sequuntur vobis notissima, usque ad id quod dicitur: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi* (ibid., 34): et male agentibus, et in malis operibus perseverantibus e diverso dicit: *Esurivi, et non dedistis mihi manducare* (ibid., 42) usque ad id quod dicitur: *Ite, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus* (ibid., 41). Et non est obliviscenda nobis illa verecundia, quando aperientur libri, id est conscientiæ, in conspectu singulorum hominum et angelorum: et non mediocriter pertimescenda est nobis pœna, quæ illam sequetur confusionem, quando reatus animam immortaliter morientem involvet, et indeficienter deficientem carnem gehenna consumet. Denique quoniam jussistis vobis præfatam epistolam mitti, sciendum vobis est, quia sic divina dicta legere et audire debetis, ac si ad vos specialiter sint dicta vel scripta, ut quæ in eis inveneritis vobis cavenda caveatis, et quæ agenda strenue faciatis, et quæ sequenda sequamini, et quæ erga alios exsequenda sunt exsequamini. Sicut enim in libro medicinali corporis passiones et earum curationem inveniuntur, ita et in divinis eloquiis animæ passiones et earum curationes reperiuntur. Quia vero ita ut prædiximus divina eloquia quisquis fidelis intelligere debeat, et ita sint dicta, Dominus demonstrat in Evangelio qui dixit discipulis suis: *Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem* (Matth. XXVI, 41). Et iterum: *Quod dico vobis omnibus dico, Vigilate* (Marc. XIII, 27). Vigilat enim qui ad aspectum veri luminis mentis oculos apertos tenet, vigilat qui servet operando quod credit, vigilat qui a se torporis et negligentiae tenebras repellit, vigilat qui fraudem in bono opere non perpetrat (Moral. lib. II, c. 34). * Quæ fraus tribus modis in opere bono committitur: quia per hanc, procul dubio, aut tacita cordis humani gratia, aut favoris aura, aut res quælibet exterior desideratur. Quo contra recte de justo per prophetam dicitur: *Qui excutit manus suas ab omni munere, hic in excelsis habitabit* (Isa. XXXIII, 15). Quia enim non solum fraus in acceptione pecuniæ est, munus procul dubio unum non est. Tres vero sunt acceptiones munerum, ad quas ex fraude festinatur. Munus namque a corde est captata gratia a cogitatione: munus ab ore est gloria per favorem: munus ex manu est præmium per dationem. Sed justus quisque ab omni munere manus excutit, quia in eo quod recte agit, nec ab humano corde inanem gloriam, nec ab ore laudem, nec a manu recipere dationem quærit. Solus ergo in Dei opere fraudem non facit, qui cum ad studia bonæ actionis

nec ad corporalis rei præmia, nec ad laudis
 nec ad humani iudicii gratiam anhelat (*cap.*
si latrunculus est enim appetitus laudis
 s, qui recto itinere gradientibus ex latere
 r, ut ex occultis educto gladio gradientium
 cidetur. Cumque propositæ utilitatis inten-
 studia privata deducitur, horrendo modo
 idemque opus culpa peragit, quod virtus
 rit. Sæpe et ab ipsis exordiis aliud cogitatio
 aliud actio ostendit. Sæpe etiam fidem
 nec ipsa cogitatio exhibet, quia aliud ante
 mentis versat, et longe ad aliud ex inten-
 æstinat. Nam plerumque nonnulli terrena
 appetunt, et justitiam defendunt, seque
 tes æstimant, et esse defensores rectitudi-
 nant, quibus si spes nummi subtrahitur,
 sione protinus justitiæ cessatur. Et tamen
 res se justitiæ cogitant, sibique se rectos
 it, qui nequaquam rectitudinem sed num-
 ærunt. Contra quos bene per Moysen dicitur
iste quod justum est exsequeris (Deut. xvi,
juste quippe quod justum est exsequitur,
sam quam præterdit justitiam venditari
æ veretur. Juste ergo justum exsequi est,
ertione justitiæ eadem ipsam justitiam
o. Sæpe recta agimus, et nequaquam præ-
equaquam laudes ab hominibus expecta-
sed tamen mens in sui fiduciam erecta, his
is nil expetit placere contemnit, eorum ju-
espicit, seque male libera per abrupta ela-
rapit, et inde sub vitio pejus obruitur, unde
levictis vitiis nullis se appetitionibus subja-
oriatur. » Unde etiam in bonis quæ agimus
est ut cum magna cautela timeamus, ne
quod a nobis rectum agitur favor aut gratia
a requiratur, ne appetitus laudis subripiat,
l foris ostenditur, intus a mercede vacuetur.
er Psalmistam quoque de sancta electorum
a dicitur : Omnis gloria ejus filix regum ab
Psal XLIV, 14). Qui enim accepta qualibet
vanis suis laudibus nitorem gloriæ efferrunt,
oleum vendunt, de quo profecto oleo Psal-
licit : Oleum peccatoris non impinguet caput
(Psal. cxi, 5) : appellatione autem capitis
principatur corpori mens vocatur. Impin-
go caput oleum peccatoris, cum demulcet
a favor adulantis. Adulatores enim blandi
imici, quorum linguis quicumque in operi-
nis decipiuntur, in adventu iudicis inter fa-
stultos computabuntur, et a Deo retribu-
bonorum operum non invenient, quia pro eis
unt ab hominibus laudes quas ambiabant.
ab adulate, quia non a iusto, laudatur
in desideriis animæ suæ et iniquus bene-
, alius alium, id est peccans adulator pecca-
ccidit, et dum invicem videlicet adulator
re, et peccator in prava operatione, se lau-
vicem se occidunt. (Moral, lib. iv, c. 27.)
 est quod Redemptor noster puellam in domo,

juvenem extra portam, in pulcro autem Lazarum
 suscitavit. Adhuc quippe in domo mortuus jacet qui
 latet in peccato : jam quasi extra portam educitur,
 cujus iniquitas usque ad verecundiam publicæ per-
 petratiõnis aperitur, sepulturæ vero aggere premitur
 qui in perpetratiõne nequitie etiam usu consuetu-
 dinis gravantur. Sed hos ad vitam miseratus sus-
 citat, quia plerumque divina gratia non solum in
 occultis, sed etiam in apertis iniquitatibus mortuos,
 sed et mole pravæ consuetudinis pressos, respectus
 sui lumine illustrat. Quartum vero mortuum Re-
 demptor noster, nuntiante discipulo agnoscit, nec
 tamen suscitavit : quia valde difficile est ut is quem
 post usum malæ consuetudinis etiam adulantium
 linguæ excipiunt, a mentis suæ morte revocetur,
 de quo et bene dicitur : *Sine mortuos sepelire mor-*
tuos suos (Luc. ix, 60). Mortui enim mortuum se-
 peliunt, cum peccatores peccatorem favoribus pre-
 munt. Quid enim est aliud sepelire quam occul-
 tare? Sed qui peccantem laudibus prosequuntur,
 extinctum sub verborum suorum aggere abscon-
 dunt. Erat tamen et Lazarus mortuus, sed tamen
 non a mortuis sepultus : fideles quippe illum mu-
 lieres obruerant, quæ et ejus mortem vivificatori
 nuntiabant. Unde et protinus ad lucem redit, quia
 cum in peccato animus moritur, citius ad vitam
 reducitur, si super hunc sollicitæ cogitationes vi-
 vunt. » Perniciosissima siquidem pestis est adu-
 latio, et cito subripit mentem, nisi fuerit in ipso
 remota initio. Discutiendum igitur nobis est quid de
 nobis audiamus, et probare quid dicatur ex nobis.
 C Credamus quia stultum est plus aliis de nobis quam
 nobis ipsis credere. Unde Paulus dicit : *Gloria nos-*
tra hæc est, testimonium conscientie nostræ (II Cor.
i, 12). Gloriam suam Paulus testimonium consi-
 cientiæ memorat, qui favores oris alieni non ap-
 petens, vitæ suæ gaudia extra semetipsum ponere
 ignorat. Et quia scriptum est : *Dies Domini sicut*
fur in nocte ita veniet (II Petr. iii, 10), vigilandum
 nobis est, ne mala quæ modo faciamus, ne etiam
 bona nostra indiscussa dimittamus : et ita vigilan-
 tes sollicite semper expectare debemus, quando
 Dominus noster ad iudicandos nos revertatur, ut
 cum venerit et pulsaverit confestim aperiamus ei.
 (Hom. xiii.) « Venit quippe cum ad iudicium pro-
 perat, pulsatur vero cum jam per ægritudinis moles-
 tias esse mortem vicinam designat : cui confestim
 aperimus, si hunc cum amore suscipimus ; aperire
 etenim iudici pulsanti non vult qui exire de corpore
 trepidat, et videre eum quem contempsisse se me-
 minit iudicem formidat : qui autem de sua spe et
 operatione securus est, pulsanti confestim aperit,
 quia lætus iudicem sustinet, et cum tempus pro-
 pinquæ mortis agnoverit, de gloria retributionis
 hilarescit. » Quia igitur momenti suis horæ fu-
 giunt, agendum nobis est ut in boni operis mercede
 teneantur. Unde Salomon dicit : *Quodcumque potest*
manus tua facere instanter operare, quia nec opus,
nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud in-

feros, quo tu properas (Eccl. ix, 10). Quia ergo et venturæ mortis tempus ignoramus, et post mortem operari non possumus, superest ut ante mortem tempora indulta rapiamus. Sic enim sic mors ipsa cum venerit vincitur, si priusquam veniat semper timeatur. Et jamjamque de verbis præfati viri magnifici, ad verba epistolæ scribenda, quam vobis mitti jussistis, nobis est transeundem.

Epistola sancti Gregorii papæ ad Recharedum regem, quam Carolus ad se mitti ab Hincmaro postularat.

Gregorius Recharedo regi Wisigothorum.

Explere verbis, excellentissime fili, non valeo quantum tuo opere tua vita delector... Etc. Hanc epistolam vide inter Opera S. Gregorii Magni, Patrologiæ tom. LXXVII, col. 1052.

CAPUT PRIMUM.

Quod eleemosyna de alienis fieri non debeat. Qui sint digni fructus pœnitentiæ, et quæ vera confessio ac dolor de peccatis: quid abnegare se, et odisse animam suam.

Et de misericordiæ operibus, unde inter cætera in præcedenti epistola est locutus, qualiter et ex quibus agenda sint, ac de his quæ sequuntur, quæ brevi cingulo vobis perstricta colligere pro tempore studui, idem beatus vir alibi dicit (*lib. vii, epist. 107*): « Plerumque, inquit, adversarius animarum, dum non potest in his quæ ad faciem sunt prava subripere, callida specie quasi pietatis injecta nititur supplantare, suadetque forsitan debere ab habentibus accipi, ut sit quod possit non habentibus erogari, dummodo vel sic venena mortifera eleemosynæ celata obumbratione transfundat. Nam nec venator feram, aut avem anceps deciperet, vel pisces piscator caperet, si aut ille laqueum in aperto proponeret, aut ille hamum esca absconditum non haberet. Omnino ergo metuenda et cavenda est hostis astutia, ne quos aperta nequit tentatione subvertere, latente telo sævius valeat trucidare. Neque enim eleemosyna reputanda est, si pauperibus dispensetur quod illicite accipitur; quia qui hac intentione male accipit ut quasi bene dispenset, aggravatur potius quam juvatur. Eleemosyna Redemptoris nostri oculis illa placet, quæ non de illicitis et iniquitate congeritur, sed quæ de rebus concessis et bene acquisitis impenditur. Unde etiam illud certum est, quia etsi monasteria, aut xenodochia, vel quid aliud ex injuste acquisitis construatur, mercedi non proficit, quoniam dum perversus emptor honoris in locum sanctum mittitur, et alios ad sui similitudinem sub commodatione constituit, plura male ordinando destruit, quam ille potest ædificare qui ab eo pecunias ordinationis accepit. Ne ergo sub obtentu eleemosynæ cum peccato aliquid studeamus accipere, aperte sacra Scriptura prohibet dicens: *Hostiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere* (Prov. xv, 8). Quidquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam sed irritat. Hinc rursum scriptum est: *Honora Dominum de tuis justis laboribus* (Prov. iii, 9). Quisquis ergo male tollit, ut quasi bene præbeat, constat sine dubio

A, quia Dominum non honorat. Hinc quoque per Solomonem dicitur: *Qui offert sacrificium de substantia pauperis, ac si victimet filium in conspectu patriæ* (Eccl. xxxiv, 24). Quantus autem dolor patris accipendamus, si in ejus conspectu filius victimetur, et hinc facile cognoscimus quantus apud Deum dolor exasperatur, si ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis enim dolendum est, dilectissimi fratres, sub obtentu eleemosynæ peccata simoniacæ hæreses perpetrari. Nam aliud est propter peccata eleemosynas facere, aliud propter eleemosynas peccata committere. » (*Moral. lib. iii, c. 23.*) « Quoties enim post culpam eleemosynas facimus, quasi pro pravis actibus pretium damus. Sed nonnunquam divites elati inferiores opprimunt, et alieni rapiunt, et tamen quasi quædam aliis largiuntur, et cum multos deprimant, aliquando quibusdam opem defensionis ferunt, et pro iniquitatibus quas nunquam deserunt, dare pretium videntur. Sed tunc eleemosynæ pretium nos a culpis liberat, cum perpetrata plangimus et abdicamus; nam qui et semper peccare vult, et quasi semper eleemosynam largiri, frustra pretium tribuit, quia non redemit animam, quam a vitiis non compescit. » Scriptum est enim: *Facite fructus dignos pœnitentiæ* (Matth. iii, 8). (*Hom. xx, in Evang.*): « In quibus verbis notandum est, quod non solum fructus pœnitentiæ, sed dignos pœnitentiæ admonemur facere. Ut enim secundum dignos pœnitentiæ fructus loquamur, sciendum est quia quisquis illicita nulla commisit, huic jure conceditur ut licitis utatur, sicque pietatis opera faciat, ut tamen si noluerit ea quæ mundi sunt non relinquat. At si quis in fornicationis culpam, vel fortasse quod est gravius in adulterium lapsus est, tanto a se licita debet abscidere quanto se meminit et illicita perpetrasse. » Pejus est enim alienum matrimonium violare, quam meretrici adhærere. Jam vero si conjugatus vel conjugata cum alterius uxore vel cum alterius marito adulteravit, tanto gravius peccant, quanto non simplicia sed plura adulteria committunt. Et gravior incestus est quam adulterium; quamvis qui hujusmodi sequuntur fornicationes et adulteri nominis soleant appellari; et tanto incestus est gravior, quanto propinquitas est cognationis proximior; quia pejus est cum duabus sororibus, vel duobus fratribus, vel cum patre et filio, sive cum matre et filia, quam cum aliena uxore mœchari. Sed in propria cognatione quanto propinquius tanto gravius peccatur, quoniam est pejus cum matre et filia, vel sorore, sive cum Deo sacrata, vel cum ordinato in ecclesiastica gradibus, in quibus quanto celsior est gradus, tanto gravior est casus, tantoque est crimen gravius, quam cum aliena uxore concumbere; et sic de malo in pejus labi solet humana fragilitas, donec ad ea pervenitur, quæ, sicut ait Apostolus, *turpe est etiam dicere* (Ephes. v, 12); quæ operantes, videlicet masculorum et pecorum concubitores, sacri canones inter eos orare præcipiunt, qui spiritu periclitantur immundo, et lex per Moysen data hos judicat morte multari: et

ari iudicio astricti tenentur tam viri quam fe-
adulterium perpetrantes, ita hujus legis iudi-
i reatu pariter constringuntur tam viri cum
ous, vel cum masculis, seu cum feminis, con-
uram turpitudinem operantes, quam feminæ
ecoribus, vel cum aliis feminis quacunque
ntionis machinatione eandem turpitudinem
tes, vel cum masculis secum operari contra
m consentientes, dicente Apostolo: *Non solum
eiunt, sed qui consentiunt facientibus, digni
orte (Rom. 1, 32)*. Et si quis forte hæc omnia
ravit, tot mortibus et mortis æternæ pœnis
r obnoxius, quot criminibus est pollutus. Ve-
ioniam austeritatem legis temperavit miseri-
Redemptoris, qui conversionem et pœnitentia-
ragis quam mortem vult peccatoris, tanto, ut
simus, a se licita, quisque debet abscondere,
se meminit et illicita perpetrasse: et tanto
et reprehendere in minimis, quanto se me-
deliquisse in maximis.

sæpe accusat mens ipsa quod perpetrat, sed
oc ex desiderio minime deserit, erubescit con-
nod facit. Cum vero toto iudicio carnis delec-
um premit, audaci voce in accusationis suæ
sione se erigit. Sed sunt nonnulli, qui apertis
s culpas fatentur, sed tamen in confessione
nesciunt, et lugenda gaudentes dicunt. Sed
lpas suas detestans loquitur, restat necesse
has in amaritudine animæ loquatur, ut per
sa amaritudo puniat, quidquid lingua per
iudicium accusat. (*Hom. 31*). Et plerumque
is quæ agenda sunt, sed hæc opere non im-
s: nitimur et infirmamur: mentis iudicium
dinem conspicit, sed ad hanc operis fortitudo
abit: quia nimirum jam de pœpa peccati
ex domo quidem possit bonum conspici, sed
ab eo quod aspicitur contingat per meritum
. Usitata etenim culpa obligat mentem, ut ne-
im surgere possit ad rectitudinem: conatur
tur, quia ubi sponte diu perstitit, ibi et cum
it coacta cadit.» (*Moral. lib. viii, c. 20.*) « Sed
ori suo non parcat, quia iram iudicis districti
iens, verbis contra se propriæ confessionis
Hinc Psalmista ait: *Præveniamus faciem ejus
issione (Psal. xciv, 2)*. Hinc per Salomonem
: *Qui abscondit scelera sua non dirigitur;
em confessus fuerit et reliquerit ea, misericor-
consequetur (Prov. xxviii, 13)*. Hinc rursum
um est: *Justus in principio accusator est sui
xviii, 17*). Sed nequaquam ad confessionem
ditur, nisi cum consideratione districti iudi-
pavorem spe angustatur (*cap. 21*). Scien-
uoque est, quia sæpe et reprobi peccata con-
r, sed deslere contemnunt. Electi autem cul-
as quas vocibus confessionis aperiunt, distri-
imadversionis fletibus insequuntur.» Cum
i nostra per lacrymas confitemur, angustæ
rtas ingredimur; sed cum post hæc ad æter-
itam perducimur, portæ nostræ atria in con-

A fessionum laudibus intramus, quia ibi jam angustia
non erit, cum nos lætitia æternæ solemnitalis as-
sumpserit: propter quam confessionis nostræ an-
gustiam Veritas dicit: *Intrate per angustam portam
(Math. vii, 13)*; et cum se Psalmista recipi in alti-
tudine gaudii æterni præsumeret, dicebat: *Sta-
tuisti in loco spatioso pedes meos (Psal. xxx, 9)*.
(*Moral. lib. viii, c. 21*). « Qui enim mala quæ per-
petravit insinuat, sed flere quæ insinuavit recusat,
quasi subducta veste vulnus delegit, sed torpenti
mente medicamentum vulnere non apponit. Confes-
sionis igitur vocem solus necesse est ut mœror
excuiat, ne vulnus præditum sed neglectum, quo
licentius jam per humanam notitiam tangitur, dete-
rius putrescat. Quo contra Psalmista plagam cordis
non solum detexerat, sed detectæ etiam medicamen-
tum mentis adhibebat, dicens: *Iniquitatem meam
ego pronuntio, et cogitabo pro peccato meo (Psal.
xxxvii, 19)*. Pronuntiando enim occultum vulnus
detegit, cogitando autem quid aliud quam medica-
mentum vulnere apponit? Sed afflictæ menti et sua
sollicite damna cogitanti rixa pro semetipsa oritur
contra semetipsam. Nam cum se ad lamenta pœni-
tentia instigat, occulta se increpatione dilaniat.»
Cui a Domino dicitur: *Remittuntur ei peccata multa,
quoniam dilexit multum (Luc. vii, 47)*. (*Hom. 33.*)
« Ac si aperte diceretur: Incendit plene peccati ru-
biginem qui ardet valide per amoris ignem. Tanto
namque amplius peccati rubigo consumitur, quan-
to peccatoris cor magnæ charitatis igne crematur.
Consideremus igitur gratiam misericordis Dei, et
C damnemus multitudinem reatus nostri. Ecce pecca-
tores videt et sustinet, resistentes tolerat et tamen
quotidie per Evangelium clementur vocat: confes-
sionem nostram ex puro corde desiderat, et cuncta
quæ deliquimus relaxat. Qui ergo permanere noluit
redcat, qui stare contempsit saltem post lapsum
surgat (*ibid.*). Quanto nos amore conditor noster
exspectet insinuat, cum per Prophetam dixit: *At-
tendi et auscultavi, nemo quid bonum est loquitur,
non est qui recogitet in corde suo et dicat quid feci?
(Jer. viii, 6)*. Certe nunquam cogitare mala debuimus:
sed quia cogitare recta nolimus, ecce adhuc susti-
net ut recogitemus, et qui peccantes nos diu ut con-
vertamur exspectat, non conversos durius damnat.
Videamus igitur tantæ pietatis signum, et severita-
tis iudicium: consideremus apertum nobis miseri-
cordiæ gremium: quos male cogitantes perdidit,
D bene recogitantes quærit, quæque nos in adolescen-
tia, quæque in juventute deliquisse meminimus de-
fleamus, morum operumque maculas lacrymis ter-
gamus, amemus jam Redemptoris nostri vestigia,
quæ peccando contempsimus. Ecce, ut diximus,
ad recipiendos nos supernæ pietatis sinus aperi-
tur, nec maculosa in nobis vita contemnitur: per
hoc quod iniquationem nostram perhorrescimus,
internæ jam munditiæ concordamus: revertentes
nos Dominus clementer amplectitur, quia pecca-
torum vita ei esse iudigna jam non potest quæ

fletibus lavatur. » Sed providendum est his qui peccata suorum operum deplorant, ut consummata mala perfecta diluant lamenta, ne plus astringantur in debito perpetrati operis, et minus solvant in fletibus satisfactionis. « Scriptum quippe est : *Potum dedit nobis in lacrymis in mensura* (Psal. LXXIX, 6), ut videlicet uniuscujusque mens tantum pœnitendo compunctionis suæ bibat lacrymas, quantum se adeo meminit aruisse per culpas (Moral. lib. IV, c. 17) : quia nullum peccatum Dominus inultum relaxat : aut enim nos hoc flendo insequimur, aut ipse judicando. Restat igitur, ut ad emendationem suam semper mens solerter invigilet, et in quo sibi quisque misericorditer subveniri considerat, hoc necesse est ut confitens tergat (cap. 14 et 16). Et quoniam fidelis quisque cogitationes in judicio exquiri subtiliter non ignorat, Paulo attestante, qui ait : *Inter se invicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium semetipsum introrsum discutiens* (Rom. II, 15), ante judicium vehementer examinet, ut districtus judex eo jam tranquillius veniat, quo reatum suum, quem discutere appetit, jam pro culpa punitum cernit (cap. 16), et ignoscendo jam in suo judicio impunita derelinquit, quæ animadversione spontanea punita videt, Paulo attestante, qui ait : *Si nosmetipsos dijudicavimus, non utique a Domino judicavimus* (II Cor. XI, 31). » Tanto igitur arctiore manu pœnitentiæ mens a pollutione tergendæ est, quanto se conspiciat sordidius inquinatam. Neque enim per fructus esse boni operis debet ejus qui minus, et ejus qui amplius deliquit, aut ejus qui in nullis et ejus qui in quibusdam facinoribus cecidit. Per hoc enim quod dicitur : *Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ* (Luc. III, 8), cujusque conscientia convenitur, ut tanto majora quærat bonorum operum lucra per pœnitentiam, quanto graviora sibi intulit damna per culpam. (Hom. 34.) « Ecce ipsa divina misericordia pollicetur, dicens : *Gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente* (Luc. XV, 7), et tamen per prophetam Dominus dicit, quia *Quæcunque die peccaverit justus, omnes justitiæ ejus in oblivione erunt coram me* (Ezech. XXXIII, 13). Pensemus si possumus dispensationem supernæ pietatis. Stantibus si ceciderint minatur pœnam lapsis vero si surgere appetant, promittit misericordiam. Illos terret ne præsumant in bonis, istos refovet ne desperent in malis. Justus es, iram pertimesce ne corruas : peccator es, de misericordia confide et surgas. Ecce autem jam lapsi sumus, stare nequaquam valuimus, in pravis nostris desideriis jacemus : sed qui nos rectos condidit, adhuc exspectat et provocat ut surgamus, sinum suæ pietatis aperit, nosque a se recipi per pœnitentiam quærit. Sed pœnitentiam digni agere non possumus, nisi modum quoque ejusdem pœnitentiæ cognoscamus. Pœnitentiam quoque agere est, et perpetrata mala plangere, et plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat, adhuc pœnitentiam agere aut ignorat aut dissimulat. Quid enim

A prodest si peccata quis luxuriæ defleat, et tamen adhuc avaritiæ æstibus anhelet? aut quid prodest si iræ culpas jam lugeat, et tamen adhuc invidiæ facibus tabescat? » Quo contra Dominus dicit : *Si quis vult post me venire abneget semetipsum* (Matth. XVI, 24). Idem superbus humilis, luxuriosus castus, avarus misericordiæ operibus deditus, invidus benignus, iracundus patiens fiat, et tollat crucem suam et sequatur Christum. Idem castiget corpus suum per continentiam, et compatiatur proximis per charitatem, vigilans in his virtutibus contra vitia vicina, videlicet in abstinentia contra vanam gloriam, et in animi compassione contra pietatem falsam, quia compassio homini, et reclusio vitiis debetur, et in uno eodemque homine et diligamus bonum quod factum est, et persequamur mala quæ fecit. B Unde iterum Dominus dicit : *Qui non odit proximos suos, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus* (Luc. XIV, 26). (Hom. 37.) « Tunc etenim bene animam nostram odimus, cum ejus carnalibus desideriis non acquiescimus, cum ejus appetitum frangimus, cum ejus voluptatibus reluctamur. Quæ ergo contempta ad melius ducitur, quasi per odium amatur. Sic etiam exhibere proximis nostris odii discretionem debemus, ut in eis et diligamus quod sunt, et habeamus odio quod in Dei itinere vel sibi vel nobis obsistunt, » repleti amore mundi vacui Spiritu sancto, de quo dicit Apostolus : *Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus* (Rom. VIII, 9). (Hom. 24.) « Quasi quidam titulus divinæ possessionis est ipse spiritus amoris. Nunquidnam spiritum Christi habet is, cujus mentem odia dissipant, elatio inflat, ira usque ad divisionem mentis exasperat, invidia cruciat, luxuria enervat? » Quisquæ namque ille est, quem nunc spiritus iste non reparat, profecto ab illius æterni convivii refectione jejunit. Qui ergo in Christum jam credidit, sed adhuc avaritiæ lucra sectatur, in superbia honoris extollitur, invidiæ facibus inardescit, libidinis se immunditia polluit, prospera quæ in mundo sunt concupiscit, Jesum in quo credidit sequi contemnit.

CAPUT II.

De fuga avaritiæ, superbiæ, luxuriæ, gulæ, invidiæ, et iræ, deque zelo, et quod diabolus per hæc maxime vitia semper insidiatus sit.

D Nam de avaritia Paulus dicit : *Radix omnium malorum est cupiditas et avaritia quæ est idolorum servitus* (I Tim. VI, 10). Cujus voci quisque se tradit, fastidians propria aliena concupiscit, et plerumque concupita adipisci non valens, dies quidem in otium, noctes vero in cogitationes versat. Torpet ab utili opere, quia fatigatur illicita cogitatione. Consilia multiplicat, et sinum mentis cogitationum ventis latius expandit. Pervenire ad concupita satagit, atque ad obtinenda hæc quosdam secretissimos causarum meatus quærit. Qui mox ut causæ aliquid subtile invenisse se æstimat, jam obtinuisse quod cupierat exultat, jam quod etiam adeptus rei adjungat excogitat, atque ut in meliori statu debeat excoli pertractat. Quam quia jam quasi possit

t quasi ad meliorem statum adducit, mox invidentium considerat, et quid contra se moveatur pensat, exquirat quid respondeat, et rem nullam teneat, jam in defensionem rei appetit vacuus litigator elaborat. Quamvis nihil de re concupita receperit, habet tamen in jam fructum concupiscentiæ, laborem rixæ, et ut sollicite ambulans cum Deo dicit: *Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper* (Psal. xviii, 1). et avarus, vel cui libet vitio subjectus, quoquo vitio quis devincitur, ejus servus efficiunt enim facit peccatum servus est peccati, in quo vel cui vitio servit, moribus et desiderio: *Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper; testante Domino: Ubi cujusquam thesaurus, ibi et cor ejus erit* (Matth. vi, 21). (Moral. v, c. 18, 19). « Gravi itaque populo premitur istigantis avaritiæ tumultu vastatur: quoniam in ipsa non una quælibet, sed ea culpa est, de qua oriuntur. Scriptum quippe est, ut prædiximus: *Radix malorum omnium est cupiditas* (I Tim. i, 7): Cui ergo cupiditas dominari dicitur, subterfugit dubio malis omnibus demonstratur. Descriptum est, quoniam *confringens nudavit paulomum, rapuit et non ædificavit eam, non est ut venter ejus* (Job xx, 19, 20). Domum pauperum confringit et nudat, qui eum quem per potentioriter, exspoliare quoque per avaritiam non scit: rapit eam et non ædificat, ac si aperte dicitur: Qui hanc ædificare debuit insuper rapit. Avarus namque in iudicio Dominus dicturus est: *Esurivi et non dedistis mihi manducare; et culpa subjungit: Discedite a me, maledicti, in æternum, qui paratus est diabolo et angelis* (Matth. xxv, 42). Si igitur tanta pœna multatur in dedisse convincitur, qua pœna feriendus est darguitur abstulisse? Rapuit ergo et non ædificavit eam, quia non solum de suo nihil tribuit, sed quod erat alienum tulit. » (Pastoral. lib. iii, c. 19). « Et plerumque quidam divites quanta tribuunt, quanta autem rapiunt considerare volunt: quasi mercedem numerant, et perpendulas recusant. Audiant itaque quod scriptum est: *Qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum suum* (Agg. i, 6). In sacculo quippe pertuso viquando pecunia mittitur, sed quando amittitur detur. Qui ergo quanta largiuntur aspiciunt, quanta rapiunt non perpendunt, in pertuso sacculo mercedes mittunt, quia profecto has in spem ducunt intuentes congerunt, sed non intuentes non (ibid.) Et nonnulli divites hujus mundi, amant cruciantur Christi pauperes, effusis lacrimis nutriunt histriones, et tot pene quotidie vident, quod morientium pauperum apud se subabscondunt. Sunt etiam nonnulli, qui jam sua corditer largiuntur, sed se custodire a peccatiligunt, et venalem Dei justitiam æstimant, curant pro peccatis nummos tribuere, et arbitri se posse inulte peccare. Et sunt nonnulli di-

vites, qui sufficienter de suis habere possent, si modum cupiditati imponere voluissent, quibus dicitur: *Væ qui conjungitis domum ad domum, et agrum agro copulatis usque ad terminum loci, nunquid habitabitis soli vos in medio terræ?* (Isa. v, 8), ac si aperte diceret: Quousque vos extenditis, qui habere in communi mundo consortes minime potestis? conjunctos quidem premitis, sed contra quos vos valcatis extendere semper invenitis. Quibus iterum dicitur: *Væ ei qui multiplicat non sua, usquequo aggravat contra se densum lutum* (Habac. ii, 6). Avaro quippe densum lutum contra se aggravare est, terrena lucra cum pondere peccati cumulare. Unde iterum scriptum est: *Avarus non implebitur pecunia, et qui amat divitias fructus non capiet ex eis* (Eccle. v, 9). Fructus quippe ex eis caperet, si bene eas spargere non amando voluisset; quia vero eas diligendo retinet, hic utique eas sine fructu derelinquet. De quo scriptum est: *Qui festinat ditari non erit innocens* (Prov. xxviii, 20). Profecto enim qui augere opes ambit, vitare peccatum negligit, et more avium captus, cum escam terrenarum rerum avidus conspiciat, quo stranguletur peccati laqueo non agnoscit: et cum quælibet præsentis mundi lucra cupidi desiderant, ea quæ de futuro damna patiuntur ignorant. Audiant igitur quod scriptum est: *Qui prodest homini, si totum quod extra est congregat, si hoc solum quod ipse est damnat?* De quo qui se damnare non timet, et non impletur pecunia, iterum scriptum est: *Non est satiatius venter ejus* (Job xx, 20). » (Moral. lib. xv, c. 19). « Venter quippe iniqui avaritia est, quia in ipsa colligitur quidquid perverso desiderio glutitur. Liqueat vero quia avaritia desideratis rebus non extinguitur, sed augetur: nam more ignis cum ligna quæ consummat acceperit excrescit, et unde videtur ad momentum flamma comprimi, inde paulo post cernitur dilatari. Et sæpe omnipotens Deus, cum avaræ menti vehementer irascitur, prius ei permittit ad votum cuncta suppetere, et post hæc per ultionem subtrahit, ut pro his debeat supplicia tolerare (cap. 20). Unde et subditur: *Et cum habuerit quæ concupierat, possidere non poterit* (ibid.) Majoris quippe iracundiæ est, cum et hoc tribuitur quod male desideratur, atque inde repentina ultio sequitur, quia hoc obtinuit quod, Deo irascente, concupivit. Solent namque tardius apparere divina iudicia cum præpediuntur, ne impleri debeant mala vota. Nam quanto citius malum votum impleri permittitur, plerumque tanto celerius punitur (cap. 22). Unde recte dicitur: *Cum satiatius fuerit, arctabitur* (Job xx, 22). Prius quippe anhelat per avaritiam concupita congregare, et cum quasi in quodam ventre avaritiæ multa congesserit, satiatius arctabitur, quia dum anxiatur qualiter acquisita custodiat, ipsa eum sua satietas angustat, quia mens avari, quæ prius ex abundantia requiem quæsierat, post ad custodiam gravius laborat (cap. 23), et qui prius laborem habuit in ipsa suæ concupiscentiæ fatione, qualiter concupita raperet, quomodo alia blan-

dimentis, alia terroribus auferret, postquam acquisitis rebus pervenit ad desiderium, alius hunc dolor fatigat, ut cum sollicito timore custodiat quod cum gravi labore meminit acquisitum. Hinc inde insidiatores metuit, atque hoc se perpeti quod ipse fecit aliis pertimescit. Formidat potentiorum alterum, ne eum sustineat violentum: pauperem vero cum conspicit, suspicatur furem. Ipsa quoque quæ congesta sunt, curat magnopere ne ex naturæ propriæ defectu per negligentiam consumantur. In his itaque omnibus, quia timor ipse pœna est, tanta infelix patitur quanta pati timet. Post hoc quoque ad gehennam ducitur, æternis cruciatibus mancipatur. Mira autem est securitas cordis aliena non quærere, ex qua videlicet securitate etiam perennis requies nascitur, quia bona et tranquilla cogitatione ad gaudia æterna transitur (*cap. 26*). Sed qui in potestate positus aliis nocet, *fulgurans* dicitur, quia unde ipse contra bonos quasi ex luce gloriæ extollitur, inde bonorum via cruciatur (*cap. 29*). Qui qua ultione sit ferendus dicitur: *Devorabit*, inquit, *eum ignis qui non succenditur* (*Job xx, 25*): quibus paucis verbis miro valde modo expressus est ignis gehennæ. Ignis namque corporeus, ut esse ignis valeat, corporeis indiget fomentis. Qui cum necesse est ut servetur, per congesta ligna procul dubio nutritur, nec valet nisi succensus esse, et nisi refotus subsistere. At contra gehennæ ignis, cum sit corporeus, et in se missos reprobos corporaliter exurat, nec ex studio proprio succenditur, nec lignis nutritur, sed creatus semel durat inextinguibilis, et succensione non indiget, et ardore non caret: quia omnipotentis justitia futurorum præscia, ab ipsa mundi origine gehennæ ignem creavit, qui in pœna reproborum esse semel inciperet, sed ardorem suum etiam sine lignis nunquam finiret. Sciendum vero est, quod omnes reprobi, quia ex anima simul et carne peccaverunt, illic in anima pariter et carne cruciantur (*cap. 30*). Quam videlicet carnem cum in resurrectione recipient, cum ea gehennæ ignibus ardebunt traditi. Et tunc ab ea abduci appetent, tunc ejus tormenta evadere si potuerint quærant, tunc incipient velle vitare quod amaverunt: sed quia eandem carnem Deo contrariam posuerunt, judicante Deo, agetur, ut ex ea amplius igne crucientur. Hic itaque eam amplius relinquere non appetent, et tamen ab ea abstrahuntur: illic eam relinquere appetunt, et tamen in ea propter supplicia servabuntur. Ad augmentum itaque tormenti, et hic de corpore nolentes educuntur, et illic in corpore tenebuntur inviti;» et quibus inimicus pedicam cum culpa sub terrenis commodis, et decipulam cum esca, id est lucrum cum culpa et prosperitatem cum iniquitate posuit, illic pœnam retributionis effugere non poterunt quam ministrabit: et effugium in dolore constringente, ad orationem atque sapientiam oculis aperientibus sapientia minime proderit, quia hic, ubi operari debuerunt et potuerunt, operandi tempus amiserunt, ubi a voluptate clausos cordis oculos

A habuerunt. Et talis est fructus avaritiæ, et talis sequitur remunerationis effectus. Quæ profecto avaritia bene compescitur, si ipse status ambientis sollicitè consideratur. Nam cur instet ad colligendum, quando stare non potest ipse qui colligit? Cursum ergo suum quisque consideret, et cognoscat sibi sufficere parva quæ habet: sed fortasse metuit ne in hujus vitæ itinere sumptus desit: longa nostra desideria increpat via brevis, incassum multa portantur, cum juxta est quo pergitur.

B Alius se tyrannidi superbiæ subjicit, et cor miserum, dum contra homines erigit, vitio substernit. Honorum sublimium infulas appetit, exaltari successibus exquirat, totumque quod esse desiderat sibi apud semetipsum in cogitationibus depingit. Jam quasi tribunal possidet, jam sibi parere obsequia subjectorum videt, jam cæteris eminent, jam aliis mala irrogat, aliis quia irrogaverint recompensat. Jam apud semetipsum stipatus cuneis ad publicum procedit, jam quibus obsequiis fulciatur conspicit, qui tamen hæc cogitans solus repetit. Jam alia conculcat, alia sublevat, jam de conculcatis satisfacit odiis, jam de sublevatis recipit favores. Qui igitur tot phantasmata cordi imprimit, quid iste aliud quam somnium vigilans videt? Quia ergo tot rerum causas quas fingit tolerat, nimirum intrinsecus natus ex desideriis turbas portat. (*Moral. lib. xxxiv, c. 23*). « Quasi enim tyrannus quidam obsessam civitatem intercipit, cum mentem superbia irrumpit; et quo ditiores quemque ceperit, eo in domino deterior exurgit, quia quo amplius res virtutis sine humilitate agitur, eo latius ista dominatur. Quisquis vero ejus in se tyrannidem captiva mente susceperit, hoc primum damnum patitur, quod clauso cordis oculo judicii æquitatem perdit. Nam cuncta quæ ab aliis vel bene geruntur displicent, et sola ei quæ ipse vel prave egerit placent. Semper aliena opera despicit, semper miratur quod facit: quia et quidquid egerit, egisse se singulariter credit, atque in eo quod exhibet per gloriæ cupiditatem, sibi metipsum favet per cogitationem, et cum in se cunctis transcendere cæteros æstimat, per lata cogitationum spatia secum deambulans, laudes suas tacitus clamat. Nonnunquam vero ad tantam elationem mens ducitur, ut in eo quod tumet etiam per ostentationem locutionis effrenetur. Sed tanto facilis ruina sequitur, quanto apud se quisque imprudens exaltatur. Hinc enim scriptum est: *Ante ruinam exaltatur cor* (*Prov. vi, 18*). Hinc per Danielem dicitur: *In aula Babylonis deambulabat rex; respexitque et ait: Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificavi in domum regni, in robore fortitudinis meæ, in gloria decoris mei?* (*Dan. iv, 26, 27*). Sed hunc tumorem quam concita vindicta represserit, illico adjungit, dicens: *Cumque adhuc sermo esset in ore regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur, Nabuchodonosor rex: Regnum tuum transibit a te, et ab hominibus te ejicient, et cum bestiis et feris erit habitatio tua: fenum quasi bos comedes, et septem tempora*

atur super te (Dan. iv, 28, 29). Ecce quia A
 xentis usque ad aperta verba te protulit,
 i iudicis prolinis usque ad sententiam eru-
 oque hunc districtius percudit, quanto se
 verbia immoderatus erexit: et quia enume-
 ona duxit, in quibus sibi placuit, enume-
 la in quibus feriretur, audivit. » Cunctis
 superba apud se cogitatione tumentibus in-
 or in locutione, amaritudo in silentio, disso-
 hilaritate, furor in tristitia, inhonestas in
 honestas in imagine, electio in incessu,
 n responsione. Horum semper est vita ad
 las contumelias valida, ad tolerandas in-
 d obediendum pigra, ad lacescendos vero
 portuna, ad ea quæ facere et debet et præ-
 iara, ad ea autem quæ facere nec debet nec
 parata. Hæc in eo quod sponte non appetit
 hortationibus flectitur, ad hoc autem quod
 desiderat quærit ut cogatur, quia dum me-
 desiderio suo vilescere, optat vim in sua
 e tolerare. (Moralium l. xxxiv, c. 18).
 lum vero est, quod ipsa hæc de qua tracta-
 tio alios rebus sæcularibus, alios vero ex
 bus possidet. Aliter namque intumescit auro,
 quio, alter infimis et terrenis rebus, alter
 cœlestibusque virtutibus: una tamen ea-
 res ante oculos Dei agitur, quamvis ad hu-
 rda veniens in eorum obtutibus diverso
 allietur. Nam cum is qui de terrena prius
 perbiebat, postmodum de sanctitate extol-
 quaquam cor ejus elatio deseruit, sed ad
 sueta veniens, ut cognosci nequeat vestem
 » Quibus dicitur: *Quid superbit terra et*
Eccli. x, 9). (Moral. l. xxxiii, cap. 3). « Duo
unt vitia quæ humano generi immaniter
tur, unum videlicet spiritus, atque aliud
elatio namque spiritum erigit, luxuria car-
rumpit. Antiquus itaque hostis humanum
l per elationem præcipue, vel per luxuriam
in secreto calami atque in locis humenti-
rit, quia damnatum hominem sub ditioni-
damnationis aut per elationem spiritus aut
is corruptionem tenet. » Sicut scriptum est:
gæ duæ sunt filiæ dicentes: Affer, affer (Prov.
Sanguisuga est diabolus, qui siti peccandi
ta suadendo incessanter accenditur. Huic
t filiæ, quia duæ specialiter humani generis
 hunc antiqui hostis imitantes ardorem,
 idelicet et philargyria. Nam et luxuriæ quo
 frena laxantur, eo noxius delectatur, et
 dam ait poetarum (JUVENAL., sat. 14).

amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

i vero in his omnibus possidet, quia cum
 rbiæ spiritus elevat ad tumorem suæ altitu-
 erocundiæ corruptioni inclinatur, atque ava-
 atiabilitati substernit. Perpendant igitur
 qualem inhabitatorem, scilicet diabolum,
 qui, sicut Scriptura dicit, in locis humen-

tibus, id est in lascivis et luxuria fetentibus cordi-
 bus, requiescit, quos secum ad æterna tormenta per
 luxuriam præparat. De quibus scriptum est: *Vesti-*
mentum mistum sanguine erit in combustionem et ci-
bis ignis (Isa. ix, 5): quia corpus quo vestitur ani-
 ma, pollutum carnalibus operibus, nisi lacrymis
 lotum et dignis pœnitentiæ fructibus fuerit expia-
 tum, in æterni ignis combustionem ardebit. Tales enim
 Scriptura denotat dicens: *Computruerunt jumenta*
in stercore suo (Joel. i, 17). « Jumenta compute-
 scere in stercore suo est, carnales quosque in fe-
 tore luxuriæ vitam finire. Quoties itaque carnalem
 mentem de suis peccatis prædicatores increpant,
 quoties ad ejus memoriam vitia ante acta redeunt,
 quasi infructuosæ arbori cophinum stercoris ver-
 sant, ut malorum quæ egit memoriam recolat, et ad
 compunctionis gratiam quasi de fetore pinguescat,
 mittitur ergo cophinus stercoris ad radicem arboris,
 quando pravitate suæ conscientia tangitur memoria
 cogitationis, cumque se per pœnitentiam ad lamenta
 mens excitat, cumque ad bonæ operationis gratiam
 reformat, quasi per tactum stercoris redit ad fecun-
 ditatem operis radix cordis: plangit quod fecisse se
 ineminit, displicet sibi qualem fuisse se recolat, in-
 tentionem contra se dirigit, atque ad meliora animum
 accendit. Ex fetore igitur ad fructum reviviscit ar-
 bor, quia de consideratione peccati ad bona se opera
 resuscitat animus, exaudiens Paulum dicentem:
Fugite fornicationem (I Cor. vi, 18); et Salomonem:
Ne des alienis honorem tuum, et annos tuos crudeli
(Prov. v, 9); id est, ne honorem, quo ad imaginem
 Dei creatus es, immundorum spirituum voluptatibus
 subdas, neque accepta vivendi spatia ad libitum ad-
 versarii minutis expendas. Cuicumque enim sceleri
 quisque subicitur, in hoc profecto dominatui mali-
 gnorum spirituum mancipatur. Unde et dicitur: *Ne*
forte impleantur extranei viribus tuis, et labores tui
sint in domo aliena (ibid., 10); id est, ne dæmo-
 niorum facta adjuves, si vel ingenium animi, vel cor-
 poris tui vires, ad patranda facinora contradas, do-
 mumque alienam, id est numerum perditorum te
 adjecto multiplices: et gemas in novissimis, quando
 consumpseris carnes et corpus tuum, id est in pœnis
 genere cogaris, quando non solum carnales illece-
 bræ transeunt, sed et ipso corpore derelicto, anima
 quæ corpus gessit cuncta reddere compellitur. Con-
 siderent luxuriosi, quia cum Dominus carnis scele-
 ribus servientibus commissa punire decrevisset, in
 ipsa qualitate ultionis notavit maculam criminis,
 cum sulphur et ignem super eos pluit, sicut sacra
 prodit historia (Gen. xix, 24). Quid enim in sulphure,
 nisi fetor carnis, et quid per ignem nisi ardor desi-
 derii carnalis exprimitur? Sulphur quippe fetorem
 habet, ignis ardorem. Qui utaque ad perversa desi-
 deria ex carnis fetore arserant, dignum fuit ut si-
 mul cum sulphure et igne perirent: quatenus ex
 justa pœna discerent ex injusto desiderio quid fecis-
 sent. Ex hac vindicta, quam in corpore positi luxu-
 riosi sustinuerunt, perpendere debent luxuriantes

quid in æterno igne simul cum anima et corpore sustinebunt, ubi *vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur* (Isa. LXVI, 24), nisi per dignos pœnitentiæ fructus, et per convenientia lamenta deserentes mala, et facientes bona, maculas carnis simul et corda studuerint emundare. Verum et in hac vita sæpius contingit, ut qui in adolescentia luxuriose vivendo habita disperserant tempore senectutis inopia deficiant, et refrigerenti calore carnis, ac flore juventutis marescente, rebus suis quas lascive vendiderant alios uti conspiciant, gementesque sera pœnitentia dicant quæ sequuntur: *Cur detestatus sum disciplinam, et increpationibus non acquievit cor meum* (Prov. v, 12). » (Moral. lib. XXI, c. 9). « Nonnulla namque peccata animam polluunt, crimina vero exstinguunt. Unde beatus Job crimen luxuriæ definiens ait: *Ignis est usque ad perditionem devorans* (Job XXI, 12): quia nimirum reatus facinoris, non usque ad participationem maculat, sed usque ad perditionem devorat. Et quia quælibet aliæ fuerint bona opera, si luxuriæ scelus non abluitur, immensitate hujus criminis obruuntur, secutus adjunxit, *et omnia eradicans genimina*. Genimina quippe sunt operationes bonæ animæ. Cui tamen si perverso ordine caro dominatur igne luxuriæ, omnia bene prolata concremantur. Nulla quippe ante omnipotentis Dei oculos justitiæ pietatisque sunt opera, quæ corruptionis contagio monstrantur immunda. » Et quia pro ordine membrorum distribuitur sæpe ordo vitiorum. Nam venter cibo et vino distentus facile despumat in libidines, sicut et simus complutus facile vermes generat.

Nonnulli ordinem certaminis ignorantes edomare gulam negligunt, et jamjam ad spiritualia bella consurgunt. Qui aliquando multa etiam quæ magnæ sunt fortitudinis faciunt, sed, dominante gulæ vitio, per carnis illecebram omne quod fortiter egerint perdunt: et dum venter non restringitur, per carnis concupiscentiam simul cunctæ virtutes obruuntur. (Pastor. cxi, cap. 20). « Unde et Nabuchodonosor vincente scribitur (IV Reg. xxv, 8): Princeps cocorum destruxit muros Jerusalem. Princeps namque cocorum est venter, cui cum magna cura obsequium a cocis impenditur, ut ipse delectabiliter cibus impleatur. Muri autem Jerusalem virtutes sunt animæ ad desiderium supernæ pacis elevatae. Cocorum igitur princeps muros Jerusalem dejicit, quia dum venter ingluvie tenditur, virtutes animæ per luxuriam destruuntur. » Quo contra Dominus dicit in Evangelio: *Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, et ebrietate, et curis hujus sæculi?* (Luc. xxi, 34). Ubi utilis quoque pavor adjungitur: *Et superveniat in vos dies illa repentina, tanquam laqueus enim superveniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ.* (Pastoral., ibid.). « Admonendi sunt gulæ dediti, ne in eo quod escarum delectationi incumbunt, luxuriæ se mucrone transfigant: quanta sibi per esum loquacitas, quanta mentis lenitas in-

Asidiatur aspiciant, ne dum ventri molliter serviunt, vitiorum laqueis crudeliter astringantur. » Quia enim gulæ deditos levitas protinus operis sequitur, auctoritas sacra testatur dicens: *Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere* (Exod. xxxii, 6). Quos plerumque edacitas usque ad luxuriam pertrahit: quoniam dum salietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur. Unde et hosti callido, qui primi hominis sensum in concupiscentia pomi aperuit, sed in peccati laqueo constrinxit, divina voce dicitur: *Pectore et ventre repes* (Gen. iii, 14); ac si ei aperte diceretur: Cogitatione et ingluvie super humana corda dominaberis. Tanto enim longius a secundo parente scilicet Christo receditur, quanto per immoderatum usum, dum manus ad cibum tenditur, parentis primi, id est Adæ terreni, lapsus iteratur. Sciendum est etiam quia quinque nos modis vitium gulæ tentat. Sed cur eosdem modos hic exponere debeam? cum non solum ex usu jam ebrietas apud multos tenebatur, verum etiam quidam miseri homines, quasi pro virtute se jactent et gloriantur, quia multum bibere et alios incubriare possint, non attendentes quod Dominus per prophetam comminatur, dicens: *Væ his qui potentes sunt ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam ebrietatem* (Isa. vi, 22); et per Apostolum præcipit: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria* (Ephes. vi, 18), quia *ebriosi regnum Dei non possidebunt* (I Cor. vi, 10); et Salomon: *Noli regibus, inquit, o Lamuel, noli regibus, id est omnibus in omni ordine ac sexu qui se et alios regere debent, dare vinum immoderate, quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas, ne forte bibant et obliviscantur judiciorum justorum, et mutent causam filiorum hominum* (Prov. xxxi, 4). Et item sacra Scriptura dicit: *Vinum in jucunditatem creatum est, et non in ebrietatem ab initio: exsultatio animæ et cordis vinum moderate potatum: sanitas est et corporis et animi, sobrietas potus* (Eccli. xxxi, 35). *Vigilia est enim et cholera viro infrunito* (ibid., 23), et modestus ac temperatus cibus et carni et animæ utilis est. *Vinum multum potatum irritationem, et iram, et ruinas multas facit. Amaritudo animi vinum multum potatum. Ebrietatis animositas imprudentis offensio, minorum virtutem et faciens vulnera. In convivio vini non arguas proximum, et non despicias eum in jucunditate illius: verba improprietatis non dicas illi, et non premas* (ibid., 38). *Operarius ebriosus non locupletabitur, vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes, et arguunt sensatos, et qui se jungit fornicariis erit nequam, putredo et vermes hæreditabunt illum* (Eccli. xix, 1)

(Moralium lib. v, c. 31). « Alius se invidiæ domino subjicit: cui necesse est considerare, quia quamvis per omne vitium quod perpetratur humanis cordibus antiqui hostis virus infundatur, in hac tamen nequitia tota sua viscera serpens concutit, et imprimendæ malitiæ peste movet. De quo nimirum scriptum est: *Invidia diaboli mors intravit in orbem letterarum* (Sap. ii, 24). Nam cum devictum cor livoris putredo corruperit, ipsa quoque exteriora indicant

quam graviter animum vesania instigat. Color quippe pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, et membra frigescunt: fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor. Cumque in latebris cordis crescens absconditur odium, dolore cæco terebrat conscientiam vulnus inclusum. Nil lætum de propriis libet, quia tabescentem mentem sua pœna sauciat, quam felicitas torquet aliena. Quantaque extranei operis in altum fabrica jacitur, tanto fundamentum mentis lividæ profundius suffoditur, ut quo alii ad meliora properant, eo ipsa deterius ruat. Qua ruina videlicet etiam illud destruitur, quod in aliis actibus perfecto opere surrexisse putabatur. Nam invidia cum mentem tabefecerit, cuncta quæ invenerit bene gesta consumit. Unde bene per Salomonem dicitur: *Vita carniū sanitas cordis, putredo ossium invidia* (Prov. xiv, 30). Quid enim per carnem, nisi infirma quædam ac tenera, et quid per ossa, nisi fortia acta signantur? Et plerumque contingit, ut quidam cum vera cordis innocentia in nonnullis suis actibus infirmi videantur, quidam vero jam quædam ante humanos oculos robusta exercent, sed tamen erga aliorum bona intus invidiæ pestilentia tabescant. Bene ego dicitur: *Vita carniū sanitas cordis*, quia si mentis innocentia custoditur, etiam si qua foris infirma sint quandoque roborantur. Et recte subditur, *Putredo ossium invidia*, quia per livoris vitium ante Dei oculos pereunt etiam fortia acta virtutum. Ossa quippe per invidiam putrescere est, quædam etiam robusta deperire. Sed cur hæc de invidia dicimus, si non etiam qualiter cruatur intememus? Difficile namque est ut hoc alteri non invideat, quod adipisci alter exoptat: quia quidquid temporale percipitur, tanto fit minus singulis, quanto dividitur in multis: et idcirco desiderantis mentem livor excruciat, quia hoc quod appetit, aut funditus alter accipiens adimit, aut a quantitate restringit. Qui ergo livoris peste plene carere desiderat, illam hæreditatem diligat, quam cohæredum numerus non angustat: quæ et omnibus una est, et singulis tota: quæ tanto largior ostenditur, quanto ad hanc percipientium multitudo dilatatur. Imminutio ergo livoris est affectus surgens internæ dulcedinis, et plena mors ejus est perfectus amor æternitatis. Nam cum mens ab hujus rei appetitu retrahitur, quæ accipientium numero partitur, tanto magis proximum diligit, quanto minus ex profectu illius sua damna pertimescit: quæ si perfecte in amorem cælestis patriæ rapitur, plene etiam in proximi dilectione solidatur: quia cum nulla terrena desiderat, nihil est quod ejus erga proximum charitati contradicat. Quæ nimirum charitas quid est aliud quam mentis oculus, qui si terreni amoris pulvere tangitur, ab internæ lucis mox intuitu læsus reverberatur?»

Alius iræ se dominio stravit: ecquid in corde nisi jurgia etiam quæ desunt peragit? Hic sæpe præsentem non videt, absentibus contradicit, inter semetipsum contumelias profert et recipit: receptis autem durius respondet, et cum qui obviet nullus adsit,

A magnis clamoribus rixas in corde componit. Turbam itaque hic intus sustinet, quem pondus vehemens inflammatae cogitationis premit. Quanta sit ergo iracundiæ culpa pensemus, per quam mansuetudo amittitur, supernæ imaginis similitudo vitiatur. Per iram sapientia perditur, ut quid quoque ordine agendum sit omnino nesciatur, sicut scriptum est, *Ira in sinu stulti requiescit* (Eccle. vii, 10), quia nimirum intelligentiæ lucem subtrahit, cum mentem promovendo confundit. Per iram vita amittitur, etsi sapientia teneri videatur, sicut scriptum est: *Ira perdit etiam prudentes*, quia scilicet confusus animus nequaquam explet, etiam si quid intelligere prudenter valet. Per iram justitia relinquitur, sicut scriptum est: *Ira viri justitiam Dei non operatur* (Jac. i, 20), quia dum turbata mens judicium suæ rationis exasperat, omne quod fortiter suggerit, rectum putat. Per iram gratia vitæ socialis amittitur, sicut scriptum est: *Noli esse assiduus cum homine iracundo, ne discas semitas ejus, et sumas scandalum animæ tuæ* (Prov. xxii, 24): quia qui se ex humana ratione non temperat, necesse est ut bestialiter solus vivat. Per iram concordia rumpitur, sicut scriptum est: *Vir animosus parit rixas, et vir iracundus effundit peccata* (Prov. xvi, 21). Iracundus quippe peccata effundit, quia etiam malos quos incaute ad discordiam provocat peiores facit. Per iram lux veritatis amittitur, sicut scriptum est: *Sol non occidat super iracundiam vestram* (Ephes. iv, 26): quia cum iracundia menti confusionis tenebras incutit, huic Deus radium suæ cognitionis abscondit. Per iram sancti Spiritus splendor excluditur: quo contra, juxta vetustam translationem, scriptum est: *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, et quietum, et tremementem sermones suos?* Cum enim humilem diceret, quietum protinus adjunxit. Si ergo ira quietem mentis subtrahit, suam sancto Spiritui habitationem claudit: cujus recessione animus vacuus ad apertam mox insaniam ducitur, et usque ad superficiem ab intimo cogitationum fundamento dissipatur. Nam iræ suæ stimulis accensum cor palpitat, corpus tremit, lingua se præpedit, facies ignescit, exasperantur oculi, et nequaquam recognoscuntur noti. Ore quidem clamorem format, sed sensus quid loquitur ignorat. In quo itaque iste ab arreptitiis longe est, qui actionis suæ conscius non est? Unde fit plerumque, ut usque ad manus ira prosiliat, et quo ratio longius recedit, audacior exurgat: seque ipsum retinere animus non valet, quia factus est potestatis alienæ, et eo furor membra foras in ictibus exerit, quo intus ipsam membrorum dominam mentem captivam tenet. Aliquando autem manus non exerit, sed in maledictionis jaculum linguam vertit. Fratris namque interitum precibus exposcit, et hoc Deum perpetrare expetit, quod ipse perversus homo facere vel metuit, vel erubescit. Fitque ut voto et voce homicidium peragat, etiam cum a læsione proximi manibus cessat. Aliquando ira perturbato animo quasi ex judicio silentium indicit, et quo se foras

per linguam non exprimit, intus deterior ignescit, ut iratus quisque colloquutionem suam proximo subtrahat, et nihil dicendo quam sit aversus dicat. Et nonnunquam hæc silentii severitas disciplinæ dispensationem gerit, si tamen sollicitè in intimis discretionibus forma teneatur. Nonnunquam vero, dum accensus animus a consueta locutione restringitur, per accessum temporis penitus a proximi dilectione separatur, et acriores stimuli ad mentem veniunt, causæ quoque quæ gravius exasperant oriuntur, atque in irati oculo festuca in trabem vertitur, dum ira in odium permutatur. Plerumque ira per silentium clausa intra mentem vehementius æstuat, et clamosas tacita voces format. Verba sibi quibus exasperatur objicit, et quasi in causæ examine posita, durius exasperata respondet, quod Salomon breviter insinuat dicens: *Præstolatio impiorum furor* (Prov. xi, 23). Sicque fit ut perturbatus animus majorem strepitum in suo silentio sentiat, cum eum gravius clausa flamma consumit. Unde bene ante nos quidam sapiens dixit: Cogitationes iracundi viperæ sunt generationes, mentem comedunt matrem suam. Sciendum vero est quod nonnullos ira citius accendit, facilius deserit: nonnullos vero tarde quidem commovet, sed durius tenet. Alii namque, accensis calamis similes, dum vocibus perstreperunt, quasi quosdam accensionis suæ sonitus reddunt: citius quidem flammam faciunt, sed protinus in favillam frigescunt. Alii autem, lignis gravioribus durioribusque non dispares, accensionem tardi suscipiunt, sed accensi semel difficilius exstinguuntur, et quia se tardius in asperitatem concitant, furoris sui durius ignem servant. Alii autem, quod est nequius, et citius iracundiæ flammam accipiunt, et tardius deponunt. Nonnulli vero hæc tarde suscipiunt, et citius amittunt. In quibus nimirum quatuor modis liquido lector agnoscit, quia et ad tranquillitatis bonum ultimus plus quam primus appropinquat, et in malo quidem secundum tertius superat. Sed quid prodest quod iracundia quomodo mentem teneat dicimus, si non etiam qualiter compesci debeat exprimamus? Duobus etenim modis fracta possidere animum ira desuescit. Primus quippe est, ut mens sollicita, antequam agere quidlibet incipiat, omnes sibi quas pati potest contumelias proponat, quatenus Redemptoris sui probra cogitans, ad adversa toleranda se præparet. Quæ nimirum venientia tanto fortius excipit, quanto se cautius ex præscientia armavit. Qui enim improvidus ab adversitate deprehenditur, quasi ab hoste dormiens invenitur, eumque citius inimicus necat, quia non repugnantem perforat. Nam qui mala imminencia per sollicitudinem prænotat, hostiles incursus quasi in insidiis vigilans expectat, et inde ad victoriam valenter accingitur, unde nesciens deprehendi putabatur. Solerter ergo animus ante actionis suæ primordia cuncta debet adversa meditari, ut semper hæc cogitans, semper contra hæc thorace patientiæ munitus, et quidquid accesserit providus superet,

et quidquid non accesserit lucrum putet. Secundus autem servandæ mansuetudinis modus est, ut cum alienos excessus aspicimus, nostra quibus in aliis excessimus delicta cogitemus. Considerata quippe infirmitas propria mala nobis excusat aliena. Patienter namque illatam injuriam tolerat, qui meminit quod fortasse adhuc habeat in quo debeat ipse tolerari. Et quasi aqua ignis exstinguitur, cum surgente furore animi sua cuique ad mentem culpa revocatur, quia erubescit peccato non parcere, qui vel Deo vel proximo sæpe recolit parcenda peccasse.

Sed inter hæc solerter sciendum est, quod alia est ira quam impatientia excitat, alia quam zelus format. Illa ex vitio, hæc ex virtute generatur. Si enim nulla ira ex virtute surgeret, divinæ animadversionis impetum Phinees per gladium non placasset. Hanc iram quia Heli non habuit, motum contra se implacabiliter supernæ ultionis excitavit. Nam quo contra subditorum vitia tepuit, eo contra illum districtio æterni rectoris exarsit. De hac ira per Psalmistam dicitur: *Irascimini et nolite peccare* (Psal. vi, 3). Quod nimirum non recte intelligunt, qui irasci nos nobis tantummodo, non etiam proximis delinquentibus volunt. Si enim sic proximos ut nos amare præcipimur, restat ut sic eorum errantibus sicut nostris vitiis irascamur. De hac per Salomonem dicitur: *Melior est ira risu* (Eccle. vii, 4), quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. De hac iterum Psalmista ait: *Turbatus est præ ira oculus meus* (Psal. vi, 8). Ira quippe per vitium oculum mentis excæcat, ira autem per zelum turbat: quia quo saltem recti æmulatione concutitur, ea quæ nisi tranquillo corde percipi non potest contemplatio dissipatur. Ipse namque zelus rectitudinis, quia inquietudine mentem agitat, ejus mox aciem obscurat, ut altiora in commotione non videat, quæ bene prius tranquilla cernebat. Sed inde subtilius ad alta reducit, unde ad tempus ne videat reberatur. Nam ipsa recti æmulatio æterna post paululum in tranquillitatem largius aperit, quæ hic interim per commotionem claudit, et unde mens turbatur ne videat, inde proficit ut ad videndum verius clarescat, sicut infirmanti oculo cum collyrium immititur, lux penitus necatur, sed inde eam post paululum veraciter recipit, unde hanc ad tempus salubriter amittit. Nunquam vero commotioni contemplatio jungitur, nec prævalet mens perturbata: conspicere ad quod vix tranquilla valet inhiare: quia nec solis radius cernitur, cum commotæ nubecæli faciem obducunt; nec turbatus fons respicientem imaginem reddit, quam tranquillus proprie ostendit, quia quo ejus unda palpitat, eo in se speciem similitudinis obscurat. Sed cum per zelum animus movetur, curandum summopere est, ne hæc eadem, quæ instrumento virtutis assumitur, menti ira dominetur, ne quasi domina præeat, sed velut ancilla ad obsequium parata, a rationis tergo nunquam recedat. Tunc enim robustius contra vitia exigitur, cum subdita rationi famulatur. Nam quantumlibet ira et

zelo rectitudinis surgat, si immoderate mentem vicerit, rationi protinus servire contemnit, et tanto se impudentius dilatat, quanto impatientiæ virus virtutem putat. Unde necesse est ut hoc ante omnia qui zelo rectitudinis movetur attendat, ne ira extra mentis dominium transeat; sed in ultione peccati tempus modumque considerans, surgentem animi perturbationem subtilius pertractando restringat, animositatem reprimat, et motus fervidos sub æquitate disponat, ut eo fiat justior ultor alienus quo prius exstitit victor suus: quatenus sic culpas delinquentium corrigat, ut ante ipse qui corrigit per patientiam crescat, ut fervorem suum transcendendo dijudicet, ne intemperanter excitatus, ipso zelo rectitudinis longe a rectitudine aberret. Quoniam qui semetipsum prius non iudicat, quid malum recte iudicet ignorat, et si novit fortasse per auditum quod recte iudicare debeat, tamen iudicare aliena merita non valet, cui conscientia innocentiae propriæ nullam iudicii regulam præbet. Prius enim ipsi purgandi sunt, per quos aliorum culpæ feriuntur, ut ipsi jam mundi per ultionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant, et cum contra nos ultio divini examinis cessat, nostra se conscientia ipsa reprehendat, atque ad lamenta pœnitentiæ ipsa se contra semetipsam erigat, nec contra bonos elata, et sibi humilis, sed contra se rigida sit; bonis vero omnibus submissa. Summopere igitur hæc vitia unicuique tendenti ad æternam vitam cavenda sunt, per quæ diabolus genus humanum ad æterna supplicia trahere festinat, et hoc ab initio generis humani incœpit, et per omne tempus sæculi hujus in hoc suum studium exercet. Superbiæ quidem faciem menti Evæ supposuit, cum hanc ad contemnenda verba Dominicæ jussionis instigavit. Invidiæ quoque flamma Cain animum succendit, cum de accepto fratris sacrificio doluit, et per hoc usque ad fratricidii facinus pervenit. Luxuriæ facibus cor Salomonis exussit, quem tanto mulieribus amore subdidit, ut usque ad idolorum venerationem deductus, dum carnis delectationem sequitur, Conditoris reverentiæ oblivisceretur. Avaritia quoque Achab animum concremavit, cum eum ad appetendam vineam alienam impatientibus desideriis impulit, et per hoc usque ad reatum homicidii pertraxit. Hæc est enim amphora os apertum habens, quam vidit Zacharias propheta (cap. v) ferri a duabus mulieribus, quæ habebant alas milvi ad rapiditatem volantes: in cujus amphoræ medio sedebat mulier, quæ projecta est in medio amphoræ, et missa est in os ejus massa plumbea. Duæ enim mulieres habentes alas quasi alas milvi, duo sunt principalia vitia, superbia videlicet et vana gloria ferentes amphoram os apertum habentem, id est avaritiam lucris inhiantem. In cujus medio sedit mulier, id est impietas, in cujus scilicet impietatis os massa plumbea mittitur: quæ impietas avaritiæ suæ pœndere gravatur, quia cuius mentem avaritia infecerit, ita gravem reddit, ut ad appetenda cœlestia sublimia attolli nequaquam pos-

sit. Unde præcipit Dominus ut gibbum tolerans, id est terrenis inhians, non offerat panes Domino suo. Et superbia et vana gloria habent spiritum in aliis milvinis: quoniam actiones illarum diabolo sunt proculdubio similes, qui insidiatur semper vitæ parvulorum. Et levant ipsam amphoram, scilicet cupiditatem, inter terram et cœlum, quia superbia et vana gloria hoc proprium habent, ut eum quem infecerint in cogitatione sua super cæteros homines extollant, et modo per ambitum rerum, modo per desiderium dignitatum, quem semel captum tenuerunt quasi in honore altitudinis elevant, et mentem per avaritiam ita elevant, ut quoslibet proximos despicientes quasi deserant, et alta gloriantes expectant. Sed tales quique, dum superbiunt, et eos mente transeunt cum quibus sunt, et superioribus civibus minime junguntur. Et ipsa amphora dicitur portari in terram Sennaar, quæ interpretatur *fetor eorum*: quia radix est omnium malorum cupiditas, et quia quodlibet malum per avaritiam gignitur, dignum est ut domus avaritiæ in fetore construatur, quæ nonnullos cogit timoris vel amoris Dei oblivisci, et boni nominis opinionem relinquere, et sanctæ religionis ac fidei odorem, unde scriptum est: *Christi bonus odor sumus Deo (II Cor. II, 15)*.

CAPUT III.

De juramentis et perjuriis; quod sine dolo jurandum, et fides etiam hosti servanda sit; et de curiositate, detractone, peccatisque cogitationum.

De juramentis vitandis negligere, et sæpe quosdam ad fallaciam, et ut ipsa fallacia abscondi possit, solent non solum ad jurationem, sed et interdum ad perjurium impellere, præter illam jurationem quæ ex mala consuetudine hominum usibus inolevit, cum Scriptura dicat: *Vir multum jurans non justificabitur (Eccli. xxiii, 11)*. Consuetudo enim ejus non est bona. Quantum vero temeritatem jurandi vitare debeamus, et ipse Evangelio Dominus, et Jacobus in epistola sua docet dicens: *Ante omnia autem, fratres mei, nolite jurare, neque per cælum, neque per terram, neque per aliud quodcunque juramentum; sit autem sermo vester, Est, est, Non, non, ut non sub iudicio decidatis (Matth. v, 34; Jac. v, 12)*: illo videlicet iudicio, sub quo decidit Herodes, ut vel pejorare, vel perjurium cavendo aliud necesse haberet patrare flagitium. At si aliquid forte nos incautius jurasse contigerit, quod observatum scilicet pejorem vergat in exitum, consilio salubriori mutandum noverimus. Non solum autem in jurando, sed in omni quod agimus, hæc est moderatio solertius observanda, ut si talem forte lapsum versuti hostis inciderimus insidiis, ex quo sine aliquo peccati surgere contagio non possimus, illum potius evadendi aditum petamus, in quo minus periculi nos perpressuros esse cernamus: et juxta exemplum illorum, qui hostilibus clausi muris, dum evadere desiderant, sed portarum omnium accessum sibi interdictum considerant, ibi necesse est desiliendi locum eligant, ubi muro existente breviori minimum periculi cadentes

incurrant. Non tamen negligendum est cuiquam, quod aut necessitate cogente, aut ira impellente, aut cupiditate provocante, in nomine Domini pejeravit : sed secundum modum culpæ necesse est ut subsequatur abstergens culpam pœnitentiæ, Domino per Ezechielem prophetam de Sedechia rege terribiliter intonante : *Vivo ego, dicit Dominus Deus, quoniam cujus fecit irritum juramentum, et solvit pactum quod habebat cum rege Babylonis, in medio Babylonis morietur. Spreverat enim juramentum ut solveret fœdus, et cum omnia hæc fecerit, non effugiet (Ezech. xvii, 16)*. Ex quo discimus etiam inter hostes servandam fidem, et non considerandum cui, sed per quem juraveris. Multo enim fidelior inventus est ille qui propter nomen Dei tibi credidit et deceptus est, quam ille qui per occasionem divinæ majestatis hosti tuo, imo jam amico, est molitus insidias. *Ecce, inquit, dedit manum suam regi Aegypti, et tradidit se in manus ejus, et perjurio contra Dominum commisit sacrilegium. Sententia enim sæcularis est (Virgil. Aeneid. 11) :*

Dolus an virtus quis in hoste requirat ?

Quam solent nobis opponere qui dicunt hostes fraude decipiendos. Cui ut acquiescamus, multo pejus fecit Sedechias. Non enim hostem decepit, sed amicum cui fœdere Domini fuerat copulatus. Ergo quandiu non jures, et pactum non incas sub nomine Domini, prudentiæ est et fortitudinis, vel decipere vel superare adversarium utcumque poteris. Cum autem te constrinxeris juramento, nequaquam adversarius sed amicus est qui tibi credidit, et sub occasione jurisjurandi, id est Dei nuncupatione deceptus est. *Propterea, Scriptura nunc dicit, juramentum quod sprevit, et fœdus quod prævaricatus est, ponam in caput ejus (Ezech. xvii, 19)*. Ac ne putaremus juramentum et fœdus et pactum regis esse Babylonii vel Sedechiæ qui fecerat, sequitur in propheta : *In prævaricatione qua dæpexit me (ibid. 20)*.

Ergo qui contemnit juramentum, illum despicit per quem juravit, illique facit injuriam, cujus nomini credit adversarius. Propter quam causam, *Expandam, inquit Dominus, super eum rete meum, et comprehendetur in sagena mea, et adducam eum in Babylonem et dijudicabo eum illic (ibid.)*. Quidquid vero contra Sedechiam fecit Nabuchodonosor, non suis viribus fecit, sed ira Dei, in cujus nomine fuerat perjuratus. Degimus enim (*Jer. lxi, 5*) Sedechiam captum esse et ductum in Reblata, ibique interfectis filiis in oculis ejus excæcatum, et instar feræ clausum cavea translatum in Babylonem. Et sunt nonnulli qui arte per dolum jurantes ut decipiant eum erga quem jurant, non se putant reos esse perjurii, contradicente Dei spiritu per Prophetam : *Quis ascendet in montem Domini, et stabit in loco sancto ejus? Qui non juravit in dolo proximo suo (Psal. xxiii 3)*. Per dolum itaque jurat, quisquis aliter factururus est quam promittit, credens perjurium non esse decepisse nequiter credentis errorem. Jurare

enim dictum est quasi jure orare, id est juste loqui. Tunc enim quispiam juste loquitur, quando ea quæ promittit implentur. Multi enim sunt qui dolose jurant ut decipiant proximum : quod abominantur Pater luminum Dominus, dicente Petro : *Non es mentitus hominibus, sed Deo (Act. v, 4)*. Qua in re hoc quoque oportet intendi quod mendaces fabricatores mendacii dicuntur. Sicut enim ædificium lapidibus, ita mendacium sermonibus fabricatur : ubi enim non dolosa locutio, sed sensus est veritatis, quasi inunita moles non ex fabrica, sed ex natura consurgit. Unde scriptum est : *Qui loquitur veritatem in corde suo, et non egit dolum in lingua sua (Psal. xxiii, 4)*. Cavendum est igitur juramentum, multo magis autem perjurium. At si jurandi necessitas perurget et arctat, id puris verbis et mente pia gerendum est. Nec jurans verbi arte se putet fallere Dominum posse, cui nihil absconsum est, cui corda cuncta patent, qui non accipit sicut quis jurat, sed ut is cui juratur jurasse putat. Per dolum ergo jurans utrique reus habetur, nempe Deo cujus nomen in vanum assumpsit, et fratri quem atra fraude paravit fallere atque decipere : et de utroque necesse est ut digna pœnitentia subsequatur, videlicet quia nomen Dei assumpsit in vanum, et quia contra Dei præceptum dolo fefellit fratrem. Falsa enim agens, falsa loquens, quamvis animo trepidet, ut patet jaculis veritatis, et si deprehensus fuerit gloriam perdat favoris, et quamvis eum conscientia accuset quia scienter peccat, cupiditate tamen vincitur, et suppresso favore audaciam de iniquitatibus sumit : et sæpe etiam ultione inenti proposita se contra Deum erigit, et quælibet ab eo adversa perpeti deliberat, dummodo hic dum valet omne quod placet agat. Unde velut Scriptura dicit : *Sicut virum sanguinum, ita et dolosum abominabitur Dominus (Psal. v, 8)*; et omnis Ecclesia imprecatur de his qui in corde et corde locuti sunt, ut disperdat Dominus universa labia dolosa (*Psal. xi, 3, 4*); et item Scriptura dicit : *Maledictus vir dolosus (Malac. i, 14), et muta fiant labia dolosa (Psal. xxx, 19)*.

Pertimescere igitur debent jurantes, imo perjures dolosi in nomine Christi et sanctorum ejus, quia abominabuntur a Domino ut viri sanguinum, id est qui humano cruore polluuntur : quoniam sicut illi occidunt, ita et isti decipiunt viventes. Quam immane autem atque mortale peccatum sit homicidium, in quo et discretio solet esse, sicut et in peccatis cæteris, et ipsa natura, et sancta Scriptura, et divina atque humana judicia patenter ostendunt. Unde et in Levitico dicitur : *Qui percusserit et occiderit hominem morte moriatur (Levit. xxiv, 17)*; et Apostolus : *Qui odit, inquit, fratrem suum homicida est, et scimus quia omnis homicida non habet vitam æternam in semetipso manentem (I Joan. iii, 15)*. Et talibus peccatoribus dolosi junguntur. Multa enim perjuria fiunt, quæ propria voluntate non agimus : dolosi autem scientes malum operantur alienum exitium ; propterea merito ut sanguinarii a Domino

abominantur, et sanctos qui pro veritate usque ad mortem decertaverunt, in quorum perjurant nomine, non adjuutores, sed iudices et condemnatores in districto examine invenient, quos socios in veritatis atque justitiæ assertionem habere contempserunt, et testificationi suæ falsitatis testes veritatis adhibuerunt, qui cum Domino ut viros sanguinum, ita et dolosos abominantur, quia quorum animæ intus omnipotentis Dei claritatem vident, nullo modo credendum est quia sit foris aliquid quod ignorent; et nihil in creatura agitur quod videre non possint, et quæ abominanda illustrante veritate cognoscunt, eidem veritati inhærentes abominantur. Nec tamen earum beatitudinis claritatem fuscant aspecta iniquitas vel pœna reprobatorum: sed potius hinc earum gaudium crescit, cum mala iniquorum conspiciunt, quod Dei misericordia evaserunt; et tanto majores ereptori suo gratias referunt, quanto vident in aliis quod ipsi perpeti si essent relictæ potuerunt, et prædicente veritate: *Testis falsus non erit impunitus* (*Prov. xix, 5, 9*); videlicet qui aut scienter contra veritatem falsa testificatur, aut vera ut veritatem pervertat, et studio impunitæ recitet juxta, tales testes velut veritati concordantes exsultant. Et sunt quidam, qui non se lædi aut levius lædi putant, si non ipsi per se falso vel dolose jurant, sed alios pro se sua vice jurare faciunt: et non attendunt quia in eo jure aut fallente diabolo decipiuntur, aut seipsos scienter ipsi ad deprecandum demergunt: de quibus dicit Scriptura, *Descendant in infernum viventes* (*Psal. lrv, 16*), id est labuntur in peccatum scientes. Hi nimirum tanto gravius peccant, quanto non soli in peccato moriuntur, sed se et eos quos ad perjurandum mittunt, nisi per pœnitentiam corrigantur, in infernum demergunt. Et licet illi in hujusmodi perjurio peccent qui juraverunt, illi tamen qui irrita faciunt Juramenta sua vice jurata, sicut Dominus ad Pilatum dixit, *Majus peccatum habent* (*Joan. xix, 11*), id est, qui alios peccare fecerunt, et pro tantis rei in conspectu Dei habentur, addita et animæ suæ culpa, quantos in perjurium mittunt, et dicente Domino per prophetam (*Ezech. xxxiv*), quia *sicut oves de manu pastoris*, ita et illos qui subjectioni suæ obediens eorum se factione perjurant, vel alio quolibet scelere polluuntur, de manu illorum requirit, qui sibi commissos peccare fecerunt. Non enim soli pastores, D episcopi, presbyteri, et diaconi, monasteriorum rectores sunt intelligendi, sed et omnes fideles qui vel parvulæ suæ domus custodiam gerunt pastores recte vocantur, in quantum suæ domui sollicita vigilantia præsent. Et quicumque saltem uni vel duobus fratribus quotidiano regimine præest, pastoris eisdem debet officium, quia in quantum sufficit, pascere eos dapibus, et hortando, increpando, arguendo, corrigendo debet. Imo unusquisque, qui etiam privatus vivere creditur, pastoris officium tenet, et spiritalem pascit gregem, vigiliasque noctis custodit supra illum, sicut in Evangelio legimus de

A pastoribus quibus in nativitate Salvatoris angelus apparuit si bonorum actum cogitationumque mundarum sibi aggregat multitudinem et justorum moderamine gubernare, cœlestibus Scripturarum paginis et bonorum operum exemplis nutrire, et vigili solertia contra immundorum spirituum insidias servare contendit.

Et sunt quidam qui etiam curiositatis vitium inter graviora peccata non computant, sed falluntur. Grave namque est curiositatis vitium, quæ dum cujuslibet mentem ad investigandam vitam proximi exterius ducit, semper ei sua intima abscondit, ut aliena sciens se nesciat, et curiosi animus, quanto peritus fuerit alicui meriti, tanto fiet ignarus sui: et sæpe dum curiosus quisque quæ sunt aliena investigat, suam molestiam excitat, sicut canis apri vel cervi sagaciter vestigia insequens, consecuti dente vel cornu perit. Unde bene quoque per Salomonem dicitur: *Cunctis sermonibus quæ dicuntur ne accommodes cor tuum, ne forte audias servum tuum maledicentem tibi. Scit enim conscientia tua quia et tu crebro maledixisti aliis* (*Eccli. vii, 22, 23*). Dum enim pensamus quales erga alios fuimus, esse circa nos tales alios minus dolemus, quia aliena injustitia in nobis vindicat quod in se nostra conscientia accusat. Probet autem seipsum curiosus homo, et sic in se tantum gloriam habebit, et non in altero, cujus vitam exquirat et merita. Nam sunt qui se præpotentes putant esse in sæculo, et non intelligunt quam sint vilia mancipia vitio curiositatis servientia. De quorum impotenti potentia quidam catholicus et sapientiæ ac scientiæ multæ philosophus, in quodam suo libro, unicuique fallaciter potenti et veraciter impotenti dicit (*Boet., de Consolatione Philos., lib. iii*):

Etenim licet Indica longe
Tellus tua jura tremiscat,
Et serviat ultima Thule,
Tamen atras pellere curas,
Miserasque fugare querelas
Non posse, potentia non est.

(*Pastoral. lib. iii, cap. 24*): « Et sunt nonnulli qui non attendunt quam multipliciter peccent, qui seminando discordiam inter fratres, charitatem, quæ nimirum virtutum est omnium mater, extinguunt. Quoniam autem nihil est pretiosius Deo virtute dilectionis, nihil desiderabilius est diabolo extinctione charitatis, quisquis igitur seminando jurgia dilectionem proximorum perimit, hosti Dei familiaris servit, quoniam qua ille amissa cecidit, hanc iste vulneratis cordibus subtrahens, eis iter ascensionis abscidit. » Et sunt nonnulli qui male dulcoratis detractionibus sunt assueti, non attendentes quod Dominus dicit, *Detrahentem secreto proximo suo hunc persequer* (*Psal. cvi, 5*). *Moral. lib. xiv, c. 24.* Unde et Salomon dicit: *Noli esse in conviviis potatorum, neque in commensationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt* (*Prov. xxiii, 28*). Carnes ad vescendum conferre est, in colloquio derogationis vicissim proximorum vitia dicere. De quorum pœna

mox subditur : *Quia vacantes potibus et dantes symbola consumuntur, et vestietur pannis dormitatio* (ibid., 21). Symbolum Græcum nomen est, et interpretatur *collatio*. Est autem collatio sermonum, sicut in conviviiis solet esse pecuniarum, sive aliarum rerum, ut et præsens locus docet. Potibus ergo vacant, qui de opprobrio alienæ vitæ inebriant. Symbolum vero dare est, sicut unusquisque solet pro parte cibos ad vescendum, ita in confabulatione detractionis verba conferre. Sed vacantes potibus et dantes symbolum consumuntur, quia scriptum est : *Omnis detractor eradicabitur* (Prov. xv). *Vestietur autem pannis dormitatio, quia despectum et inopem a cunctis bonis operibus mors sua inveniet, quem hic ad alienæ vitæ exquirenda crimina detractionis suæ languor occupavit.* » Alius eleemosynis vacat, propria distribuit : sed dum multis injustitiis servit, vel fortasse linguam in detractionibus exerit, fit plerumque ut is, qui misericors fuerat, juxta vitæ suæ terminum rapacitatis et crudelitatis stimulis inardescat. Quod valde iudicio justo agitur, ut perdat et ante homines unde hominibus placuit, qui hoc unde Deo displicuit corrigere nunquam curavit. Duæ autem sunt causæ in quibus licet alicui dicere et retractare aliena mala. Si quando necesse est consilium haberi cum cæteris, qui in hoc ipso videntur assumi, quomodo corrigatur is qui peccavit vel male aliquid egit. Et rursus, si quando necesse est præveniri aliquem, et commoneri ne forte incurrat in consortium alicujus mali, dum eum putat esse bonum, quia dicit Apostolus : *Nolite commisceri cum hujusmodi* (I Cor. v, 11). Et Salomon : *Noli manere cum homine iracundo, ne forte sumas laqueum animæ tuæ* (Prov. xxii, 24). Quod et ipsum Apostolum fecisse invenimus per hoc quod scribit ad Timotheum dicens : *Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, quem et tu devita, valde enim restitit verbis nostris* (II Tim. iv, 24). Præter hujusmodi autem necessitates, qui dicit adversus alium, ut vel derogat ei vel obtrectet, istud est detrahere, etiam si vera videantur esse quæ dicit. Et sunt qui quamvis in minimis, sed tamen frequenter excedunt ut nequaquam considerent qualia sed quanta committunt. Si enim facta sua despiciunt, timere cum pensant debent, formidare cum numerant, quia minuta sunt quæ erumpunt membris, per scabiem vulnera, sed cum multitudo eorum innumerabiliter occupat, sic vitam corporis sicut unum grave infictum pectori vulnus necat. Hinc videlicet scriptum est : *Qui modica spernit paulatim decidet* (Eccli. xix, 1). Qui enim peccata minuta flere ac devitare negligit, ab statu justitiæ non quidem repente, sed partibus totus cadit.

Et dicente Domino, Ego opera et cogitationis eorum venio ut congregem, necesse est ut quisque non solum peccata operum, sed etiam peccata desinat cogitationum. Et non solum mensura peccati consideranda est quod perpetratur in opere, verum etiam et in eo quod perpetratur cogitatione, quatenus juxta

A ruinæ modum, quam in semetipso quisque introrsus sentit, etiam mensura lamentationis erigatur, ne si cogitata mala minus cruciant, usque ad perpetranda opera perducant. Quapropter contra omnia vitia et peccata quisque solerter invigilet, et qui peccata deplorat, ploranda minime committat, et qui plangit vitia, perpetrare vitia pertimescat. Nam cogitandum summopere est, ut qui se illicita meminit commisisse, a quibusdam etiam licitis studeat abstinere : quatenus per hoc Conditori sua satisficiat, ut qui commisit prohibita, sibimetipsi abscindere debeat etiam concessa, et se reprehendat in minimis, quem meminit in maximis deliquisse. Nihil sunt quæ loquor, si hæc ex sacri eloquii testimonio non affirmo. Lex certe Veteris Testamenti a'ienam uxorem concupisci prohibet, a rege vero fortia juberi militibus, vel desiderari aquam, non pœnaliter vetat. Et cuncti novimus quod David, concupiscentiæ mucrone transfixus, alienam conjugem et appetivit et abstulit : cujus culpam digna verbera sunt secuta, et malum quod perpetravit per pœnitentiæ lamenta correxit. Qui cum longe post contra hostium cuneos sederet, aquam bibere ex eorum cisterna ex desiderio voluit : cujus electi milites, inter catervas adversantium medias irrumpentes, aquam quam rex desideravit illæsi detulerunt. Sed vir flagellis eruditus, semetipsum protinus cum periculo militum aquam desiderasse reprehendit, eamque Domino fundens libavit, sicut illic scriptum est : *Libavit eam Domino* (II Reg. xxiii, 16). In sacrificium quippe Domini effusa aqua conversa est, quia culpam concupiscentiæ mactavit per pœnitentiæ remissionis suæ. Qui ergo quondam concupiscere alienam conjugem nequaquam timuit, post etiam quia aquam concupivit expavit. Quia enim se illicita perpetrasse meminerat, contra semetipsum jam rigidus et a licitis abstinebat. Sic sic agimus pœnitentiæ, si ea quæ commisimus perfecte deploremus.

CAPUT IV.

De operibus misericordiarum, et de pœnitentiæ qualis esse debeat, quodque dum licet minime negligenda sit, de iudicio item ultimo, et de pœnis inferni.

Inter hæc autem sciendum est quantum opera misericordiæ valeant, cum ad fructus dignos pœnitentiæ ipsa præ cæteris præcipiuntur. Hinc enim per semetipsam Veritas dicit : *Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis* (Luc. xi, 41). Hinc rursus ait : *Date et dabitur vobis* (Luc. xi, 38). Hinc etiam scriptum est : *Ignem ardentem exstinguit aqua, et eleemosyna resistit peccatis* (Eccli. iii, 33). Hinc iterum dicit : *Conclude eleemosynam in corde pauperis, et hæc pro te exorabit* (Eccli. xxix, 45). Hinc bonus pater innocentem filium admonet dicens : *Si multum fuerit tibi, abundanter tribue : si exiguum fuerit, tamen exiguum libenter impertiri stude* (Tob. iv, 9). Ut autem quanta esset virtus in continentia et susceptione indigentium Redemptor noster ostenderet, dixit : *Qui recipit prophetam in nomine præ-*

phetæ, mercedem prophetæ accipiet, et qui recipit justum in nomine justî, mercedem justî accipiet (Matth. x, 41). In quibus verbis notandum est, quia non ait mercedem de propheta, vel mercedem de justo, sed mercedem prophetæ, vel mercedem justî accipiet. Aliud est enim merces de propheta, aliud merces prophetæ, atque aliud merces de justo, aliud merces justî. Quid est enim dicere: mercedem prophetæ accipiet, nisi quia is qui prophetam sua largitate sustentat, quamvis ipse prophetiam non habeat, apud omnipotentem tamen Dominum prophetiæ præmia habebit. Iste enim fortasse justus est, et quanto in hoc mundo nihil possidet, tanto loquendi pro justitia fiduciam majorem habet. Hunc dum ille sustentat qui in hoc mundo aliquid possidet, et fortasse adhuc pro justitia loqui libere non præsumit, justitiæ illius libertatem sibi participem fecit, et cum eo pariter justitiæ præmia recipiet, quem sustentando adjuvit, quatenus eandem justitiam libere loqui potuisset. Ille prophetiæ spiritu plenus est, sed tamen corporeo eget alimento, et si corpus non reficitur, certum est quod vox subtrahatur. Qui igitur alimentum prophetæ propter hoc quod propheta est tribuit, prophetiæ illius vires ad loquendum dedit. Cum propheta ergo mercedem prophetæ accipiet, quia etsi spiritu prophetiæ plenus non fuit, hoc tamen ante oculos Dei exhibuit quod adjuvit. Hinc est quod de quibusdam peregrinantibus Gaio per Joannem dicitur: *Pro nomine enim Christi profecti sunt, nihil accipientes a gentilibus. Nos ergo debemus suscipere ejusmodi, ut cooperatores simus veritatis* (Joan. iii, 7, 8). Qui enim spiritalia bona habentibus temporalia subsidia tribuit, in ipsis bonis spiritualibus cooperatores existit. Nam cum pauci sint qui spiritalia dona percipiunt, et multi qui rebus corporalibus abundant, per hoc se divites virtutibus pauperum inserunt, quod eisdem sanctis pauperibus de suis divitiis solatiantur. Unde scriptum est: *Qui habet duas tunicas det non habenti, et qui habet escas similiter faciat* (Luc. iii, 11). Per hoc quod tunica plus est necessaria usui nostro quam pallium, ad fructum pœnitentiæ pertinet, ut non solum exteriora quæque et minus necessaria, sed ipsa valde nobis necessaria dividere cum proximis debeamus, scilicet vel escam qua carnaliter vivimus, vel tunicam qua vestimur. Quia enim in lege scriptum est: *Diliges proximum tuum sicut teipsum* (Matth. xiv, 19), minus amare proximum convincitur, qui non cum eo in necessitate illius etiam ea quæ sibi sunt necessaria partitur. Idcirco de dividendis cum proximo duabus tunicis datur præceptum, quia hoc de una dici non potuit: quoniam si una dividitur, nemo vestitur. In dimidia quippe tunica et nudus remanet qui accepit, et nudus qui dedit.

Qui enim vestem innocentiae, quam in baptismo accepimus, peccando perdidimus, necesse est, ut per misericordiae opera, et per sacrificium spiritus contribulati lacrymis loti reindui laboremus. *Sacrificium, inquit, Deo est spiritus contribulatus* (Psal. i, 19). Peccata etiam nostra præterita in bapti-

smatis perceptione nobis donata sunt, et tamen post baptismum multa commisimus, sed lavari iterum baptismatis aqua non possumus. Quia ergo et post baptismum nos inquinavimus, baptizemus lacrymis conscientiam. Fortasse enim in fide lapsus est aliquis, aspiciat Petrum qui amare flevit quod timide negaverat. Alius contra proximum suum in malitia crudelitatis exarsit, aspiciat latronem, qui et in ipso mortis articulo ad vitæ præmia pœnitendo pervenit. Alius avaritiæ æstibus anhelans aliena diripuit, aspiciat Zachæum, qui si quid alicui abstulit quadruplum reddidit. Alius libidinis igne succensus carnis munditiam perdidit, aspiciat Mariam, quæ in se amorem carnis igne divini amoris excoxit. Ecce omnipotens Deus ubique oculis nostris quod imitari debeamus objicit, ubique exempla suæ misericordiae opponit. Mala ergo jam displiceant vel experta. Libenter obliviscitur omnipotens Deus quod nocentes fuimus: paratus est pœnitentiam nostram nobis ad innocentiam deputare. Inquinati post aquas salutis renascamur ex lacrymis. A fervore etenim mentis, vel inter spirituales inimicos, vel inter carnales quoque proximos, aliquo modo vivendi usu veterescimus, et assumptæ novitatis speciem fuscamus. Unde Psalmista dicit: *Inveteravi inter omnes inimicos meos* (Psal. vi, 8). (*Moral. lib. xix, c. 18.*) « A qua tamen vetustate quotidie, si studia circumspeditionis invigilent, orando, legendo, bene vivendo renovamur, quia vita nostra, cum lacrymis lavatur, bonis operibus exercetur, sanctis meditationibus tenditur, ad novitatem suam sine cessatione reparatur. » Nescit quippe mens per corpus veterescere, quæ studet per desiderium semper inchoare. Hinc namque per Paulum dicitur: *Renovamini spiritu mentis vestræ* (Ephes. iv, 23). Et item: *Et exterior noster homo corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem* (II Cor. iv, 16). Hinc Psalmista, qui ad perfectionis jam culmen pervenerat, quasi inchoans dicebat: *Dixi: Nunc cœpi* (Psal. lxxvi, 11). Quia videlicet si lassescere ab inchoatis bonis nolumus, necesse est ut inchoare nos quotidie credamus. (*Pastoral. part. iii, c. 31.*) « Sed sunt qui admissa plangunt, nec tamen deserunt. Admonendi sunt enim qui admissa plangunt nec tamen deserunt, ut considerare sollicitè sciant, quia flendo inaniter se mundant, qui vivendo se nequiter inquinant, cum idcirco se lacrymis lavant, ut mundi ad sordes redeant. Hinc enim scriptum est: *Canis reversus ad vomitum suum, et sus lota in volutabro luti* (II Petr. ii, 22). Canis quippe cum vomit, profecto cibum qui pectus deprimebat projicit; sed cum ad vomitum revertitur, unde levigatus fuerat rursus oneratur: qui admissa plangunt, profecto nequitiam, de qua male satiati fuerant, et quæ mentis intima deprimebat, confitendo projiciunt, quam post confessionem dum repetunt resumunt. Sus vero in volutabro luti cum lavatur sordidior redditur. Et qui missum plangit, nec tamen deserit, tanto gravior culpæ se subjicit, quanto et ipsam quam flendo impetrare potuit veniam contemnit, et quasi in lutosâ

aqua semetipsum volvit, quoniam dum fletibus suis vitæ munditiam subtrahit, ante Dei oculos sordidas etiam ipsas lacrymas facit. Hinc rursus scriptum est : *Ne iteres verbum in oratione tua (Eccl. vii, 15)*. Verbum namque in oratione iterare est, post fletum committere quod rursus necesse est flere. Hinc per Isaiam dicitur : *Lavamini, mundi estote (Isa. i, 16)*. Post lavacrum enim mundus esse negligit quisquis post lacrymas vitæ innocentiam non custodit. Et avantur ergo et nequaquam mundi sunt, qui commissa flere non desinunt, sed rursus flenda committunt. Hinc per quemdam sapientem dicitur : *Qui baptizatur a mortuo, et iterum tangit eum, quid proficit lavatio ejus (Eccl. xxxiv, 30)*? Baptizatur quippe a mortuo, qui mundatur fletibus a peccato : sed post baptismum mortuum tangit, qui culpam post lacrymas repetit. (*Pastoral. p. III, c. 13.*) At contra admonendi sunt qui admissa deserunt, nec tamen plangunt, ne jam relaxatas æstiment culpas, quas etsi agendo non multiplicant, nullis tamen fletibus emundant. Neque enim scriptor, si ab scripture, quoniam alia non addidit, etiam illa quæ scripserat delevit, neque qui contumelias irrogat si solummodo tacuerit, satisfacit, cum profecto necesse est ut verba præmissæ superbiæ verbis subjunctæ humilitatis impugnet : nec debitor absolutus est, quoniam alia non multiplicat, nisi et illa quæ ligaverat solvat. Ita et cum Domino delinquimus, nequaquam satisfacimus si ab iniquitate cessamus, nisi voluptates quoque quas dileximus e contrario appositis lamentis insequamur, et qui voluptatibus delectati discessimus, fletibus amaricati redeamus, et per illicita defluendo cecidimus, etiam a licitis nosmetipsos restringendo surgamus, et cor, quod insana lætitia infuderat, salubris tristitia exurat, et quod vulneraverat elatio superbiæ, curet abjectio humilis vitæ. Hinc enim scriptum est : *Dixi iniquis : Nolite inique agere ; et delinquentibus : Nolite exsultare cornu (Psal. xxxiv, 5)*. Cornu quippe delinquentes exaltant, qui nequaquam se ad pœnitentiam ex cognitione suæ iniquitatis humiliant. Hinc rursus dicitur : *Cor contritum, et humiliatum Deus non spernit (Psal. i, 19)*. Quisquis enim peccata plangit, nec tamen deserit, cor quidem conterit, sed humiliare contemnit : quisquis vero peccata sua jam deserit, nec tamen plangit, jam quidem humiliat, sed tamen contere cor recusat. Hinc Paulus ait : *Et hæc quidem fuistis, sed obluti estis, sed sanctificati estis (I Cor. vi, 11)*. Quia nimirum illos emendatior vita sanctificat, quos per pœnitentiam abluens afflictio fletuum mundat. Hinc Petrus, cum quosdam territos malorum suorum consideratione conspiceret, admonuit dicens : *Pœnitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum (Act. ii, 38)*. Dicturus baptismum præmisit pœnitentiæ lamenta, ut prius se aqua suæ afflictionis infunderent, et postmodum sacramento baptismatis lavarent. Qui igitur transactas culpas flere negligunt, non vivunt securi de venia, quando ipse summus pastor Ecclesiæ, huic etiam sacramento addendam pœnitentiam

A credit, quod peccata principaliter exstinguit. » Quomodo enim unusquisque nostrum securus esse poterit de venia, qui culpas suas flere negligit, cum prius Redemptor etiam civitatem peccatricem fleverit, sicut scriptum est : *Videns Jesus civitatem, flevit super illam dicens : Quia si cognovisses et tu (Luc. xix, 21)*? Hoc semel egit, cum perituram civitatem esse nuntiavit : hoc quotidie Redemptor noster per electos suos agere nullatenus cessat, cum quosdam ex bona vita ad mores reprobos pervenisse considerat. Plangit enim eos qui nesciunt cur plangantur, qui, juxta Salomonis verba, *Lætantur cum male fecerint, et exsultant in rebus pessimis (Prov. ii, 14)*. Qui si damnationem suam, quæ eis imminet, agnovissent, semetipsos cum lacrymis delictorum plangerent. » (*Hom. 11.*) « Perversa quippe anima, rebus præsentibus dedita, in terrena voluptatibus resoluta, abscondit sibi mala sequentia, quia prævidere futura refugit, quæ præsentem lætitiæ perturbent, dumque in præsentis vitæ oblectatione se deserit, quid aliud quam clausis oculis ad ignem vadit? Cui dicitur : *Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo (Luc. xix, 45)*. Qui, inquam, sunt humanæ animæ majores inimici quam maligni spiritus, qui hanc a corpore exeuntem obsident, quam in carnis amore positam deceptorii delectationibus fovent? Quam vallo circumdant, quia ante mentis oculos reductis iniquitatibus quas perpetravit, hanc ad societatem suæ damnationis contrahentes arctant, ut ipsa jam extremitate vitæ deprehensa, et a quibus hostibus circumclausa sit videat, et tamen evadendum aditum invenire non possit, quia operari bona jam non, licet quæ cum licuit egere contempsit (*Hom. 14.*) Pravam quippe animam omnipotens Dominus nobis multis visitare consuevit. Nam assidue hanc visitat præcepto, aliquando autem flagello, aliquando vero miraculo, ut et vera quæ nesciebat audiat, et tamen adhuc superbiens atque contemnens, aut dolore compuncta redeat, aut beneficiis devicta malum quod fecit erubescat. Sed quia visitationis suæ tempus minime cognovit, illis in extremo vitæ inimicis tradetur, cum quibus in æterno judicio damnationis perpetuæ societate colligatur. Quæ per malignos spiritus in inferno retruditur, quousque judicii dies veniat, ex quo jam in inferni ignibus simul et ipsa crucietur. »

D Ad quod diei judicium veniet ille, qui adventu suo elementa concutit, in cujus conspectu cælum cum terra contremiscit: unde et per prophetam dicitur : *Adhuc semel, et ego movebo non solum terram, sed etiam cælum (Agg. ii, 22)*. Ad cujus examen omne humanum genus deducitur. Cui ad vindictam malorum, remunerationemque bonorum, angeli, archangeli throni, principatus et dominationes obsequuntur. Pensate, fratres charissimi, ante conspectum tanti judicis qui in illo die terror erit, quando jam in pœna remedium non erit. Quæ illa confusio, cui reatu suo exigente contingit in conventu omnium hominum angelorumque erubescere : qui pavor eum, quem et

lum mens humana capere non valet, etiam videre. Quem diem bene intuens propheta *illa, dies iræ, dies tribulationis et angustiarum, imitatis et miseriarum, dies tenebrarum et caliginis nebulæ et turbinis, dies tubæ et clangoris* (15). Pensate, fratres charissimi, extremi dicitur super corda reproborum qua asperitate vidit amarescere, quem tot appellationibus explicare. Quanta vero tunc erit electorum qui de ejus visione merentur gaudere, de conspectu vident et elementa contremiscere: simul ad nuptias intrare, qui in sponsa gaudent, et tamen ipsi sunt sponsa, quia in uni regni thalamo, visioni nostræ Deus conr: quæ scilicet visio nunquam jam in perpetuum amoris sui amplexibus evellatur. Tunc regni agentibus clauditur, quæ modo quotidie pœnus aperitur. Erit namque tunc pœnitentia, tuosa jam non erit, quia nequaquam tunc invenit, qui modo aptum veniæ tempus. Hinc enim Paulus dicit: *Ecce nunc tempus bile, ecce nunc dies salutis* (II Cor. vi, 2). propheta ait: *Quærite Dominum dum inveniri vocate eum dum prope est* (Isa. lv, 6). Cautum sollicitum se vere ostendit, qui præsentis mans, non ejus usum sed terminum conspicit, colligat nihil esse quod transiens delectat. unque per Salomonem dicitur: *Si annis vixerit homo, et his omnibus lætatus fuerit, hæc debet tenebrosi temporis et dierum mul- tum, cum venerint, vanitatis arguentur præterite.* xi, 8). Hinc rursus scriptum est: *In operibus tuis memorare novissima tua, et non peccabis* (Eccli. vii, 40). d. lib. ix, c. 62.) « Hinc vir sanctus petiit Dolicens: *Dimitte me ut plangam paululum dolorem meum* (Job x, 20). Quia nisi a reatu culpæ quo nos misericorditer dimittamur, perfecte flere sumus hoc quod in nobis ipsis contra nos metalemus. Sed tunc veraciter reatus nostri dicitur, cum tenebrosa illa inferni retributio timore prævidetur (cap. 63). Unde aptetur: *Antequam vadam et non revertar ad tenebrosam et opertam mortis caliginem.* Quid ræ nomine tenebrosæ, nisi tenebrosa tartara signantur? Quæ æternæ mortis caligo quia damnatos quosque in perpetuum a vita jungit. Nec immerito infernus terra dicitur, cunque ab ea capti fuerint, stabiliter tenentium quippe est: *Generatio præterit et geadvenit, terra vero in æternum stat* (Eccli. cte igitur inferni claustra tenebrosa terra ntur, quia quos puniendos accipiunt, nequa- ænæ transitoriarum vel plantasmatica imagi- cruciant, sed ultione solida perpetuæ dam- servant. Quæ aliquando tamen loci appella- gnatur, propheta attestante, qui ait: *Port ignominiam suam cum his qui descendunt n* (Ezech. xxxii, 24). Infernus ergo et terra

A nominatur, quia susceptos stabiliter tenet, et lacus dicitur, quia hos quos semel ceperit semper fluctuantes et trepidos tormentis circumfluentibus absorbet. Sanctus autem vir, sive sua, seu humani generis voce dimitti se postulat antequam vadat, non quia ad terram tenebrosam qui culpam deflet iturus est, sed quia ad hanc procul dubio qui plangere negligit vadat. Sicut debitori suo creditor dicit: *Solve debitum priusquam pro debito constringaris: qui tamen constringitur, qui quod debeat solvere non moratur.* Ubi et recte subditur: *Non revertar*, quia nequaquam ultra misericordia parentis liberat quod semel in locis pœnalibus justitia judicantis damnat. Quæ adhuc subtilius loca describuntur cum dicitur, *terram miseriarum et tenebrarum* (cap. 64). Miseria ad dolorem pertinet, tenebræ ad cæcitatem. Ea quæ a conspectu districti judicis expulsos tenet, miseriarum et tenebrarum terra perhibetur, quia foris dolor cruciat quos divisos a vero lumine intus cæcitas obscurat. » In cujus adhuc descriptione subjungitur, *ubi umbra mortis et nullus ordo* (cap. 65). Sicut mors exterior ab anima dividit carnem, ita mors interior a Deo separat animam. Umbra ergo mortis est obscuritas divisionis, quia damnatus quisque, cum æterno igne succenditur, ab interno lumine tenebratur. Natura vero ignis est, ut ex seipso et lucem exhibeat, et concremationem; sed transactorum illa ultrix flamma vitiorum concremationem habet, et lumen non habet. Hinc est enim quod reprobis Veritas dicit: *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus* (Matth. xxv, 41). Quorum rursus omnium corpus in unius persona significans ait: *Ligate ei manus et pedes, et mittite eum in tenebras exteriores* (Matth. xxii, 13). Quia quos illa gehennæ flamma devorat, a visione veri luminis cæcat, ut et foris eos dolor combustionis cruciet, et intus pœna cæcitatatis obscuret: quatenus qui auctori suo corpore et corde deliquerunt, simul corpore et corde puniantur, et utrobique pœnam sentiant, qui dum hic viverent, pravis suis delectationibus ex utroque serviebant, et damnatum quemque juxta modum criminis retributio sequatur ultionis. (cap. 65.) Hinc in Babylonis damnatione dicitur: *Quantum exultavit se et in deliciis fuit, tantum date ei tormenta et luctum* (Apoc. xviii, 7). Et judex veniens diciturum se messoribus esse perhibet: *Colligite zizania, et ligate ea fasciculis ad comburendum* (Matth. xiii, 30). Fasciculos nimirum ad comburendum ligare est, hos qui æterno igni tradendi sunt pares paribus sociare, ut quos similis culpa inquinat, par etiam pœna constringat, et qui nequaquam dispari iniquitate polluti sunt, nequaquam dispari tormento crucientur: quatenus simul damnatio conterat quos simul elatio sublevabat: quosque non dissimiliter dilatavit ambitio, non dissimilis afflictio angustet, et par cruciet flamma supplicii, quos in igne luxuriæ par succendit flamma peccati. Sicut enim in domo Patris mansiones multæ sunt pro di-

versitate virtutis (*Joan.* xiv), sic damnatos diverso supplicio gehennæ ignibus subjicit disparilitas criminis. Quæ scilicet gehenna, quamvis cunctis una sit, non tamen cunctos una eademque qualitate succendit. Nam sicut uno sole omnes tangimur, nec tamen sub eo uno ordine omnes æstuamus, quia juxta qualitatem corporis sentitur etiam pondus caloris: sic damnatis et una est gehenna quæ afficit, et tamen non omnes una qualitate comburit, quia quod hic agit dispar validudo corporum, hoc illic exhibet dispar causa meritorum (*cap.* 66): et æternis ignibus traditi, et in suppliciis dolorem sentiunt, et in dolore angustiae pulsantis se semper pavore feriunt: ut et quod timent tolerent, et rursus quod tolerant sine cessatione pertimescant. De his etenim scriptum est: *Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur* (*Marc.* ix, 43). Quæ etiam supplicia in se dimersos et ultra vires cruciant, et in eis vitæ subsidium exstinguentes servant, ut sic vitam terminus puniat, quatenus semper sine termino cruciatus vivat; quia et ad finem per tormenta properat, et sine fine deficiens durat. Erit ergo miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu: quia et mors vivit, et finis semper incipit, et deficere defectus nescit. Mors perimit et non exstinguit, dolor cruciat sed nullatenus pavorem fugat; flamma comburit, sed nequaquam tenebras discutit, et ille ignis ad consolationem non lucet, et tamen ut magis torqueat aliquid lucet. Nam sequaces quosque suos secum in tormento reprobis flamma illustrante visuri sunt, quorum amore deliquerunt: quatenus qui eorum vitam carnaliter contra præcepta Conditoris amaverant, ipsorumque quoque interius in augmento suæ damnationis affligat. Quod profecto Evangelio teste colligitur (*Luc.* xvi), in quo veritate nuntiante dives ille, quem contigit ad æterni incendii tormenta descendere, quinque fratrum describitur meminisse: qui Abraham petiit, ut Lazarum ad eorum eruditionem mitteret, ne illuc eos quandoque venientes pœna cruciaret. Qui igitur ad doloris sui cumulum propinquorum absentium meminit, constat procul dubio quia eos ad augmentum supplicii paulo post potuit etiam præsentem videre. Quid autem mirum si secum quoque reprobos aspicit cremari, qui ad doloris sui cumulum eum quem despexerat in sinu Abrahamæ Lazarum videt? Qua ex re colligitur, quod eos quos inordinate nunc reprobis diligunt, miro iudicii ordine secum tunc in tormentis videbunt, ut pœnam propriæ punitionis exaggeret illa auctori præposita carnalis cognatio pari ante oculos ultione damnata. Ignis itaque, qui in obscuritate cruciat, credendum est quia lumen ad tormentum servat, sicut tædarum flamma lucet obscura. Tunc edax flamma comburet quos nunc carnalis delectatio polluit: tunc infinite patens inferni barathrum devorat quos nunc inanis elatio exaltat, atque quolibet ex vitio hic voluntatem callidi pervasoris exercuerunt, tunc cum duce suo reprobis ad tormenta per-

veniunt. Et quamvis angelorum atque nominum longe sit natura dissimilis, una tamen pœna implicat quos unus in crimine ligat reatus. Quod bene ac breviter insinuat propheta qui ait: *Ibi Assur et omnis multitudo ejus, et in circuitu ejus sepulcra illius* (*Ezech.* xxxii, 26). Quis namque Assur superbi regis nomine nisi ille per elationem cadens antiquus hostis exprimitur, qui pro eo quod multos ad culpam pertrahit, cum cuncta sua multitudine ad inferni claustra descendit? Sepulcra autem mortuos tegunt. Et quis alius acrius mortem pertulit, quam is qui Conditorum suum despiciens vitam reliquit? et quem videlicet mortuum cum humana corda suscipiunt, ejus procul dubio sepulcra fiunt. Sed in circuitu illius sepulcra ejus sunt, quia in quorum se mentibus nunc per desideria sepelit, hos sibi postmodum per tormenta conjungit: et quoniam nunc in semetipsis reprobis malignos spiritus illicita perpetrando suscipiunt, tunc sepulcra cum mortuis ardebunt. Sicut de reprobis corporibus scriptum est: *Devorabit eum ignis qui non succenditur* (*Job* xx, 26), quia Omnipotentis justitia, futurorum præscia, ab ipsa mundi origine gehennæ ignem creavit, qui in pœna reprobis esse semel inciperet, sed ardorem etiam sine lignis nunquam finiret. Sciendum vero est quod omnes reprobis, quia ex anima simul et carne peccaverunt, illic in anima partim et carne cruciabuntur. » Ecce quæ maneat damnalis pœna cognovimus, et instruente nos sacro eloquio, quantum in damnatione ignis, quanta in igne obscuritas, quantumque in obscuritate pavor sit, nullatenus ambigimus. Sed quid prodest ista prænosse, si non contingat evadere? Tota ergo intentione curandum est, ut cum vacationis tempus accipimus, bene vivendi studio malorum ultima tormenta fugiamus. Hinc quippe per Salomonem dicitur: *Quodcumque potest manus tua facere instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erit apud inferos, quo tu properas* (*Eccle.* ix, 10). Hinc Isaias ait: *Quærite Dominum dum inveniri potest, invocate eum dum prope est* (*Isa.* lv, 6). Hinc Paulus dicit: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis* (*II Cor.* vi, 2). Hinc rursus ait: *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes* (*Gal.* vi, 10). Et item scriptum est: *Beati quorum tecta sunt peccata* (*Psal.* xxxi, 1). Peccantes itaque mala facta bonis actibus superponimus. Quando ergo abdicamus mala quæ fecimus, et eligimus bona quæ faciamus, quasi tegmen rei superducimus quam videri crubescimus. Qui ergo priora mala deserit, et bona posterius facit, per hoc quod addit transactam nequitiam tegit, cui boni operis merita superducit. Quandiu enim sancti viri in hac adhuc vita sunt, habent tamen quod ante Dei oculos operire debeant, quia omnino est impossibile, ut aut in opere, aut in locutione aut in cogitatione nunquam delinquant. »

CAPUT V.

peccata multis modis perpetrentur, et humilitate curentur, et de offensis proximo dimittis.

sciendum est quia tribus modis omnis culpam perpetramus, suggestione scilicet, delectatione, consensu. Primum itaque per hostem, secundum vero per carnem, tertium per spiritum perur. Insidiator enim prava suggerit, caro se actioni subicit, atque ad extremum spiritus delectationi consentit. Suggestione itaque agnoscimus, delectatione vincimur, contentiam ligamur. Et quatuor modis peccatum patitur in corde, quatuor consummatur in opere. Lenamque suggestionem, delectationem, consensum, contentiam audacia perpetratur, et quod omni fit gravius, etiam de commisso vitio superbiam quamvis de virtute nasci elatio soleat, non tamen stulta mens de perpetrata se nequitat: unde dicit propheta: *Occurrent daemones tauris (Isa. xx, xiv, 14). (Moralium lib. vii, c. 12).* I vero onocentaurum nomine nisi et lubrici nentur et elati? Græco quippe eloquio *ζυγος* asinus r, et appellatione asini luxuria per prophetam iatur, qui ait: *Ut carnes asinorum carnes eorum . XXI:1, 20).* Tauri autem vocabulo cervix xio demonstratur, sicut voce Dominica de s superbientibus per Psalmistam dicitur: *Tauri s obsederunt me (Psal. xxi, 13).* Onocentauri unt, qui subjecti luxuriæ vitiis, inde cervicem it, unde humiliari debuerunt: qui carnis suæ atibus servientes, expulsa longe verecundia, plium se amittere rectitudinem non dolent, sed etiam de opere confusionis gaudent. Onocentauris autem daemones occurrunt, quia malignis valde eis ad votum deserviunt, quos de iudicare conspiciunt, de quibus deslere debuerunt. » (*Moralium lib. iv, c. 25).* « Et iisdem quatuor modis peccatum consummatur in opere. Prius latens culpa agitur, postmodum vero ante oculos hominum sine confusione reatus ur, dehinc et in consuetudinem ducitur, ad iudicium quoque vel falsæ spei seductionibus, vel actione miseræ desperationis enutritur, ac per nulla culpa devincitur, cum alia per aliam patitur. Nam sæpe furto negotiationis fallacia ur, et sæpe fallaciæ perjurii reatus cumulatur. scriptum est: *Vident, et venient super cum illes (Job xx, 15),* id est super talem peccantem, et venient maligni spiritus, certis qui e vitiis obsequentes, quia perversi mentem et deserunt, alia vitia occupant. » (*Moralium lib. 6).* « Sæpe namque videas iniquum in terrestate constitutum gravi furore commoveri, quod ira suggererit exsequi, et cum furor abierit, mox ejus mentem luxuria devastat, cum ea ad tempus intermittitur, elatio protinus de continentia in ejus cogitatione subrogatur, ut a cæteris timeatur appetit videri terribilis,

A sed cum res exigit ut loqui quid dupliciter debeat, quasi postposito terrore superbiæ, remissa locutione blanditur, et cum superbus videri desierit, duplex effici non pertimescit: qui quot vitiis decedentibus et succedentibus premitur, tot malignis spiritibus ejus animus quasi euntibus ac redeuntibus devastatur. » Et qui cuncta simul in effectu explet, cuncta quæ nocent in mente tacitus tenet. Tanto igitur arctiori manu pœnitentiæ mens tergendam est, quanto se per consensum conspicit sordidius inquinatam. Quoniam omnis culpa, quæ hic per disciplinam pœnitentiæ non reprimatur, gehennæ ignibus ferietur. Unde per Salomonem dicitur: *Si ascenderit super te spiritus potestatem habentis, locum tuum ne dimiseris (Eccle. x, 4).* Ac si aperte dicat: Si tentatorem spiritum contra te prævalere consideras, humilitatem pœnitentiæ non relinquant, et verbis sequentibus ostendit dicens: *Quia curatio cessare faciet peccata maxima (ibid).* (*Moralium lib. ix, cap. 19).* « Quid est enim aliud humilitas lamenti, nisi medicina peccati? De qua humilitate lamenti scriptum est: *Si lotus fuero quasi aquis nivis (Job ix, 30).* Aquæ enim nivis sunt lamenta humilitatis: quæ profecto humilitas, quia ante districti iudicis oculos cæteris virtutibus præeminet, quasi per magni meriti colorem candet. Sunt namque nonnulli qui lamenta habent, sed humilitatem non habent, qui afflicti plangunt, sed tamen in ipsis fletibus, vel contra proximorum vitam superbunt, vel contra ordinationem Conditionis eriguntur. Hi nimirum aquas habent, sed nivis aquas non habent, et mundi esse nequunt, quia humilitatis fletibus minime lavantur. Aquis autem nivis a culpa se laverat qui confidenter dicebat: *Cor contritum et humiliatum Deus non spernit (Psal. l, 19).* Qui enim lamentis affliguntur, sed murmurando rebelles sunt, mentem quidem conterunt, sed humiliari contemnunt. » (*Pastor. iii, cap. 25).* « Unde per prophetam Jeremiam dicitur, cum Judæorum singula delicta pensarentur: *Divisiones aquarum deduxit oculus meus (Thren. iii, 48).* Divisas quippe ex oculis aquas deducimus, quando peccatis singulis dispartitas lacrymas damus. Noque enim uno eodemque tempore æque mens de omnibus dolet: sed dum nunc hujus, nunc illius culpæ memoria acrius tangitur, simul de omnibus in singulis commota purgatur. » (*Moralium lib. ii, c. 26).* « Rixatur secum de his quæ male egisse se recolit, et sibi metipsum displicet, cum ei ille placere jam cœperit qui omnia creavit. Reprehendit se de cogitationibus, insequitur de verbis, et punit flendo de factis. Hinc enim in Apocalypsi voce angelica dicitur: *Beatus qui vigilat, et custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet et videant turpitudinem ejus (Apoc. xvi, 15).* Turpitudinem enim nostra nunc cernitur, cum vita reprehensibilis, ante justorum oculos in iudicio, nequaquam subsequentis boni operis tegmine velatur. »

Sed qui ad tegenda sua peccata per bona opera solerter invigilat, necesse est ut ea quæ in eum peccantur proximis e corde dimittat, quia vitam animam

quælibet culpa polluit, servatus vero contra proximum dolor occidit. Menti namque ut gladius figitur, et mucrone illius ipsa viscerum occulta perforantur. Qui scilicet a transfixo corde si prius non educitur, nihil in precibus divinæ opis obtinetur, quia et vulneratis membris imponi salutis medicamina nequeunt, nisi ferrum vulnere ante subtrahatur. Hinc est enim quod per semetipsam Veritas dicit: *Nisi remiseritis peccata hominibus, nec Pater vester qui in cælis est remittet vobis peccata vestra* (Matth. vi, 14). Hic admonet dicens: Cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis adversus alterum. Hinc rursus ait: *Date et dabitur vobis, dimittite et dimittetur vobis* (Luc. vi, 37). Huic constitutioni postulationis conditionem posuit dicens: *Dimittite nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (Luc. xi, 4). Ut profecto bonum, quod a Deo compuncti petimus, hoc primum cum proximo conversi faciamus, Dimittamus ergo quod debetur nobis, ut dimittatur quod debetur a nobis. Nam si pro Christo corpus non ponimus, salutem animæ non impetramus. Placatur Deus isto sacrificio, approbat in iudicio pietatis suæ victoriam pacis nostræ. Certamen cordis nostri aspicit, et qui post vincentes remunerat, nunc decertantes juvat. Et plerumque reluctan-tem animum vincimus, cum etiam pro inimicis oramus. Fundimus pro adversariis precem, sed utinam cor teneat amorem! Nam sæpe et orationem inimicis nostris impendimus, sed hanc ex præceptione potius fundimus quam ex charitate. Nam et vitam inimicorum petimus, et tamen ne exaudiamur intus optamus, et timemus. Sed quia internus iudex mentem potius considerat quam verba, pro inimico nihil postulat, qui pro eo ex charitate non erat. Sed ecce nobis inimicus graviter deliquit, damna intulit, juvantes læsit, amantes persecutus est. Retinenda hæc essent, si remittenda nobis delicta non essent. Advocatus etenim noster pacem nobis in causa nostra composuit, et ipse ejusdem causæ iudex est qui advocatus: precis autem quam composuit conditionem inseruit dicens: *Dimittite nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*, (Luc. xi, 4). Quia ergo iudex ipse venit qui advocatus existit, ipse precem exaudit qui fecit. Aut ergo non facientes dicimus: *Dimittite nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*, et nosmetipsos hoc dicendo amplius ligamus: aut fortasse hanc conditionem in oratione intermittimus, et advocatus noster precem quam composuit non recognoscit, atque apud se protinus dicit: Scio quod monui, non est ipsa oratio quam feci. Quid ergo nobis agendum est, fratres, nisi ut veræ charitatis affectum impendamus fratribus, nulla in corde malitia remanente? Considerat omnipotens Deus erga proximum charitatem, ut nostris intendat iniquitatibus pietatem suam. Sed et peccantem in nos fratrem negligere, et sine correptione, ut ad satisfactionem redeat modo quolibet potuerimus provocare, ut se recognoscat, et peccati quod in nos peccavit indulgentiam

petendo accipiat, non debemus dimittere, qui proximum sicut nos jubemur diligere. Ait enim Dominus: *Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum inter te* (Matth. xviii, 15); et reliqua. Et item: *Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum: si pœnitentiam egerit, dimitte illi* (Luc. xvii, 3). Et in lege: *Cum, inquit, debet tibi quidpiam frater tuus, et abstuleris pignus ab eo, ante solis occasum pignus restitue* (Deut. xxiv, 13). (Moralium, lib. xvi, c. 2). « Quid hoc loco pignoris nomine, nisi peccati confessio datur intelligi? Frater etenim noster debitor nobis efficitur, cum quilibet proximus in nos aliquid deliquisse monstratur. Peccata quippe debita vocamus, unde peccatori servodicitur: *Omne debitum dimisi tibi* (Matth. xviii), et in Dominica quotidie precatione precemur: *Dimittite nobis debita nostra, sicut et nos* (Luc. xi, 4), etc. A debitore autem nostro pignus accipimus, quando ab eo, qui in nos peccasse cognoscitur, peccati ejus jam confessionem tenemus, per quam relaxare peccatum quod in nobis perpetratum est postulamus. Qui enim peccatum quod commisit fatetur et veniam petit, jam quasi pro debito pignus dedit. Quod nimirum pignus ante solis occasum reddere jubemur, quia priusquam in nobis per dolorem cordis sol justitiæ occidat, debemus ei confessionem veniæ reddere, a quo confessionem accipimus culpæ, ut qui se deliquisse meminit in nos, a nobis mox se relaxatum sentiat quod deliquit. »

CAPUT VI.

De intercessione sanctorum, precumque et sacrarum oblationum necessitate: deque domus Dei et divinorum mysteriorum reverentia, et quod attente, ac pro cælestibus præcipue orandum sit.

Quærendum est etiam summopere sanctorum adjutorium, qui jam in cælo cum Deo regnant, et in terris miraculis coruscant, ad quorum extincta corpora viventes ægri veniunt et sanantur, perjuri veniunt et dæmonio vexantur, dæmoniaci veniunt et liberantur. Quomodo ergo illi vivunt illic ubi vivunt, si in tot miraculis vivunt hic ubi mortui sunt? Hoc ergo in causa nostri examinis, quam cum districto iudice habebimus, patronos nobis facere debemus, hos in die tanti terroris illius defensores nobis adhibere satagere debemus. Certe si apud magnam iudicem causa quælibet nostra esset die crastina ventilanda, totus hodiernus dies in cogitatione duceretur: patronum quæreremus, magnisque precibus ageremus, ut apud tantum iudicem nobis defensor veniret. Ecce districtus iudex Jesus venturus est, tanti illius angelorum archangelorumque concilii terror adhibetur, in illo conventu causa nostra discutitur, et tamen nobis patronos modo non quærimus, quos tunc defensores habeamus. Qui igitur de nullo nostro opere confidimus, ad sanctorum protectionem currere, atque ad sacra eorum corpora fletibus insistere, et ut veniam promereamur eis intercedentibus necesse est nobis deprecari. Adsunt defensores nostri sancti apostoli, beati martyres, gloriosi Confessores, sanctæ feminæ et virgines, ro-

gari volunt, atque ut ita dixerim quærunt ut quærantur. Hos ergo adjuutores nostræ orationis quæramus, hos protectores nostri reatus inveniamus : quia ne punire peccatores debeat, rogari vult et ipse qui judicat, unde et tam longo tempore comminatur iram, et tamen misericorditer exspectat. Sic autem nos misericordia ejus refoveat, ut nullo modo negligentes reddat : sic peccata nostra perturbent, ut mens in desperationem non proruat : quia et si præsumentes metuimus, et metuentes speramus, æternum regnum citius adepturi sumus, ubi sunt hymnidici angelorum chori, societas supernorum civium, dulcis solemnitas a peregrinationis hujus tristi labore redeuntium. Ibi providi prophetarum chori, ibi judex apostolorum numerus, ibi innumerabilium martyrum victor exercitus, tanto illic lætior, quanto hic durius afflictus. Ibi confessorum constantia præmii sui perceptione consolata. Ibi fideles viri, quos a virilitatis suæ robore voluptas sæculi emollire non potuit. Ibi sanctæ mulieres, quæ cum sæculo et sexum vicerunt. Ibi pueri, qui hic annos suos moribus transcenderunt : ibi senes, quos hic ætas debiles reddidit, et virtus operis non reliquit. Quæramus ergo hæc pascua, in quibus cum tantorum civium solemnitate gaudeamus. Ipsa nos lætantium festivitas invitet, et si quis nostrum conscientiam habet avaritiæ, elationis, vanæ gloriæ, indignationis, iracundiæ, vel invidiæ, cæterorumve vitiorum sorde pollutam, sicut mulier Cananæa filiam habet profecto male a dæmonio vexatam, pro cujus sanatione supplex ad Dominum currat : quia nimirum cogitationem suo corde progenitam diabolica tolerat arte dementatam, cujus emendationem a pio Conditor crebris, imo continuis, debeat flagitare lamentis ac precibus. Si quis bona quæ gessit forte perjurii, furti, blasphemiæ, detractionis, rixæ, vel etiam corporalis immunditiæ, cæterorumve hujusmodi peste fœdavit, filiam habet immundi spiritus furiis agitatam, quia videlicet actionem, quam bene laborando ediderat, jam diaboli fraudibus stulte serviendo disperdidit : ideoque necesse est, talis ut reatum suum cognoverit, mox ad preces lacrymasque confugiat, sanctorum creber intercessionés et auxilia quærat, qui pro animæ ejus salute rogantes Domino dicant : Precamur, Domine miserator et misericors, patiens, et multæ miserationis, dimitte eam quia clamat post nos, dimitte reatum et dona gratiam, qui nostrum intimo affectu quærit pronus suffragium. Necesse est submissus humilitate non se jam ovium Israelitarum, id est mundarum consortio dignum judicet animarum, sed potius Cain comparandum, et cælestibus indignum arbitretur esse muneribus, nec tamen desperando a precandi quiescat instantia. Sed in dubia mente de largitoris summi bonitate confidat, quia qui de latrone confessorem, de persecutore Apostolum, de publicano Evangelistam, de lapidibus potuit facere filios Abrahæ, ipse etiam canem impudentissimum convertere Israelitam possit in ovem, cui merito do-

natae castitatis etiam vitæ æternæ pascua largiatur, id est peccatorem conversum a via sua mala justum facere dignetur, quem merito bonæ actionis ad regnum cæleste perducatur. Vidensque Dominus tantum fidei nostræ ardorem, tam pertinacem orandi perseverantiam, tandem miserebitur, et nobis quoque sicut volumus fieri concedet, ut videlicet expulsis vitiosarum tumultibus cogitationum, dimissis peccatorum nexibus, et pura nobis serenitas mentis, et perfectio boni redintegretur operis. Hi itaque, qui de nullo suo opere confidunt, ad sanctorum protectionem currunt, atque ad sacra eorum corpora fletibus insistunt, promereri se veniam eis intercedentibus deprecantur. Quid ergo isti in hac humilitate faciunt, nisi quia bonæ actionis velamen non habentes lapides amplexantur?

(Hom. 37 in Evang.) « Sed nos peccatores, multis et maximis involuti peccatis, quibus lacrymis sperare veniam debemus, qui in illo tremendo examine, cum rege nostro ex æquo ad iudicium non venimus, quos nimirum conditio infirmitatis et causa inferiores exhibet? Sed fortasse jam mali operis culpas abscidimus, jam prava quæque exterius declinamus : nunquid ad reddendam rationem cogitationis nostræ sufficimus? Nam cum viginti millibus venire ad bellum rex in Evangelio dicitur (Luc. XIV, 31), contra quem minime sufficit ille qui cum decem millibus venit, decem millia quippe ad viginti millia simplum ad duplum sunt, nos autem si multum proficimus ; vix exteriora nostra opera in rectitudine servamus. Nam et si jam luxuria carnis abscissa est, tamen adhuc a corde funditus abscissa non est. Ille autem qui iudicaturus venit exteriora, simul et interiora iudicat, facta pariter et cogitationes pensat : cum duplo ergo exercitu contra simplum venit, qui nos, vix in solo opere præparatos, simul de opere et cogitatione discutit. Quid ergo agendum est, fratres, nisi ut dum cum simplo exercitu contra duplum illius sufficere non posse conspiciamus, dum adhuc longe est legationem mittamus, et rogemus ea quæ pacis sunt? Longe enim dicitur, qui adhuc per iudicium præsens non videtur. Mittamus ad hunc legationem lacrymas nostras, mittamus misericordiæ opera, mactemus in ara ejus hostias placationis, cognoscamus nos cum eo in iudicio non posse contendere, pensemus virtutem ejus fortitudinis, rogemus ea quæ pacis sunt. Hæc est nostra legatio, quæ regem venientem placat. Pensate, fratres, quam benignum sit, quod is qui suo adventu valet opprimere tardat venire. Mittamus ad hunc, ut diximus, legationem nostram flendo, tribuendo, sacras hostias offerendo. Singulariter namque ad absolutionem nostram oblatio cum lacrymis et benignitate mentis, sacri altaris hostia suffragatur : quia is qui in se resurgens a mortuis jam non moritur, adhuc per hanc in suo mysterio pro nobis iterum patitur. Nam quoties ei hostiam suæ passionis offerimus, toties nobis ad absolutionem nostram passionem illius reparamus. Multos, ut arbitror, vestrum, fratres

charissimi, contigit nosse hoc quod volo ad memoriam vestram narrando revocare. Non longe a nostris temporibus factum fertur, quod quidam ab hostibus captus longe traductus est. Cumque diu teneretur in vinculis, eum uxor sua, cum ex eadem captivitate non reciperet, extinctum putavit. Pro quo jam velut mortuo hostias hebdomadibus singulis curabat offerre. Cujus toties vincula solvebantur in captivitate, quoties ab ejus conjugē oblata fuissent hostiæ pro animæ ejus absolute. Nam longo post tempore reversus, admirans valde suæ indicavit uxori quod diebus certis hebdomadibus singulisejus vincula solvebantur. Quos dies ejus uxor atque horas discutiens, tunc eum recognovit absolutum, cum pro eo sacrificium meminerat oblatum. Hinc ergo, fratres charissimi, hinc certa consideratione colligite, oblata a nobis hostia sacra quantum in nobis solvere valeat ligaturam cordis, si oblata ab altero potuit in altero solvere vincula corporis. » (*In eadem homilia, sub finem*) : « Relinquat ergo omnia qui potest : qui autem relinquere non potest, cum adhuc rex longe est, legationem mittat, lacrymarum, elemosynarum, hostiarum munera offerat. Vult enim placari precibus, qui scit quia portari non possit iratus. Quod adhuc moram facit venire, legationem pacis sustinet. Venisset jam jamque si vellet, cunctos suos adversarios trucidasset. Sed et quam terribilis veniet indicat, et tamen ad veniendum tardat, quia non vult invenire quos puniat, et qui per iram non potest ferri, per postulata pacis vult legationem placari. Lavate ergo, fratres charissimi, lacrymis maculas peccatorum, elemosynis tergite, sacris hostiis expiate. » (*Dialogor. lib. iv, c. 58.*) « Hæc namque singulariter victima ab æterno interitu animam salvat, quæ illam mortem nobis Unigeniti per mysterium reparat. Qui licet surgens a mortuis jam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur, tamen in se ipso immortaliter vivens, pro nobis iterum in hoc mysterio sacræ oblationis immolatur. Ejus quippe ibi corpus sumitur, ejus caro in populi salutem partitur, ejus sanguis non in manus infidelium, sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pensemus quale sit sacrificium, quod pro absolute nostra passionem unigeniti Filii semper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cælos aperiri, in illo Jesu Christi mysterio angelorum chorus adesse, summis ima sociari, terrena cælestibus jungi, unum quoddam ex visibilibus atque invisibilibus fieri? »

Unde magnopere nobis est attendendum cum quanta reverentia, et cum quanto timore ac tremore, divinis mysteriis debemus assistere, ac sollicitè observare, ne quid ineptum ibidem geramus, ne cum Corinthiis ab Apostolo audiamus : *Nunquid domos non habetis ad agenda vel loquenda temporalia, aut Ecclesiam Dei contemnitis* (I Cor. xi, 22) et adeo cum Judæis : *Dilectus meus in domo mea fecit scelera multa* (Jer. xi, 13). Et sollicitè considerare

A debemus, quid Dominus faceret, si rixis dissidentes, si fabulis vacantes, si risu dissolutos, vel alio quolibet scelere reperiret irretitos, qui hostias quæ sibi immolarentur ementes in templo vidit et eliminare festinavit. Sed et nos recolentes scriptum : *Zelus domus tuæ comedit me* (Joan. ii, 17), zelare debemus domum Dei, et, quantum possumus, ne quid in ea prævum geratur insistamus. Si viderimus fratrem qui ad domum Dei pertinet superbia tumidum, si detractionibus assuetum, si ebrietati servientem, si luxuria enervatum, si iracundia turbidum, si alio cuiquam vitio substratum, studeamus in quantum facultas suppetit castigare, palluta ac perversa corrigere : et si quem de talibus emendare nequimus, non sine acerrimo mentis sustinere dolore, et maxime in ipsa domo orationis, ubi Domini consecratur corpus, ubi angelorum præsentia semper adesse non dubitatur, ne quid ineptum fiat, ne quid quod nostram fraternamve orationem impediatur, totis viribus agamus. Hæc propter illos diximus qui, ecclesiam ingressi, non solum intentionem orandi negligunt, verum etiam ea pro quibus orare debuerant augent, insuperet arguentes se pro hujusmodi stultitia convitiis odiisque insequuntur, addentes videlicet peccatis, peccata et quasi sibi funem longissimum incauta eorum augmentatione texentes, nec timentes ex eo districti judicis examinatione damnari. Nec latet crebro angelos electis invisibili adesse præsentia, ut eos vel ab hostis callidi defendant insidiis, vel majoris cælestis desiderii gratia sustollant, Apostolo attestante, qui ait : *Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis?* (Hebr. i, 14.) Maxime tamen angelici nobis spiritus adesse credendi sunt, cum divinis specialiter mancipamur obsequiis, id est, cum ecclesiam ingressi, vel lectionibus sacris aurem accomodamus, vel psalmodiæ operam damus, vel orationi incumbimus, maxime autem cum missarum solemnia celebramus : unde et admonet Apostolus : *Mulier in ecclesia velamen super caput habere propter angelos* (I Cor. xi, 10), et propheta ait : *In conspectu angelorum psallam tibi* (Psal. cxxxvii, 1). Nec dubitari licet, ubi corporis et sanguinis Dominici mysteria geruntur, supernorum civium adesse conventus, qui monumentum quo corpus ipsum venerabile positum fuerat, et unde resurgendo abscesserat, tam sedulis servant excubiis. Unde solerter studendum est, ut cum ecclesiam vel ad divinæ laudis debita solvenda, vel agenda missarum solemnia intramus, semper angelicæ præsentia memores, cum timore et veneratione competenti cæleste compleamus officium, in exemplum feminarum Deo devotarum, quæ apparentibus ad monumentum angelis *timuisse ac vultum declinasse* narrantur in terram (Luc. xxiv, 5). Sed et nobis typicum præbent exemplum, ut si Dominum invenire, si angelorum desideramus præsentia confortari, abjiciamus opera tenebrarum, et induamur arma lucis, sicut in die honeste ambule-

mus. Decet autem nos, sicut operum bonorum A luce fulgidos, ita etiam spiritualium operationum refertos gratia, Dominum quærere. Unde bene mulieres, quæ diluculo ad monumentum venerant, aromata quæ paraverant secum portasse referuntur (*Luc. xxiv, 1*). Aromata etenim nostra voces sunt orationis, quibus desideria cordis nostri Domino commendamus, attestante apostolo Joanne, qui mundissima sanctorum præcordia mystice describens: *Habebant, inquit, phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum* (*Apo. v, 8*). Quæ enim Græce aromata, Latine odora-menta vocantur. Diluculo igitur aromata ad monumentum Domini huc usque ferimus, cum memores passionis ac mortis, quam pro nobis suscepit, et actionum bonarum proximis foris lucem monstramus, et suavitate puræ compunctionis intus in corde fervemus. Quod et omnibus horis, et tempore maxime fieri oportet cum ecclesiam oraturi ingredimur, cum appropriamus altari Domini corporis et sanguinis mysteria sumpturi. Si enim mulieres tanta cura corpus Domini mortui quærebant, quanto magis convenit nos, qui eum resurrexisse a morte, qui ad cælos ascendisse, qui potentia divinæ majestatis ubique præsentem esse cognovimus, cum omni reverentia ejus astare conspectibus, ejus mystica celebrare? Bene autem dicitur: *Portantes quæ paraverant aromata*. Aromata namque, quæ ad obsequium Domini portamus, prius parasse est, cor ante tempus orationis a supervacuis expurgare cogitationibus, ut in ipso tempore orandi nil sordidum mente recipere, nil rerum labentium cogitare, nulla præter ea quæ precamur, et ipsum cui supplicamus, meminisse noverimus, juxta ejus exemplum qui ait: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, psalmum dicam Domino* (*Luc. xxiv, 1*). Nam qui ad adorandum ecclesiam ingressus, inter verba orationis consuetudinem superflue cogitationis ab animo repellere negligit, quasi Dominum quæsitus minus parata secum aromata tulit.

Ministri quippe sancti altaris debemus attendere, quod divina voce præcipitur, ut in Aaron pectore rationale judicii vitiis ligantibus imprimatur: quatenus sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxæ possideant, sed ratio sola constringat, ne indiscretum quid vel inutile sacris mysteriis assistentes cogitemus: quia ad exemplum aliis constituti, ex gravitate vitæ semper debemus ostendere quantam rationem portemus in pectore. In quo etiam rationali vigilanter adjungitur, ut duodecim patriarcharum nomina describantur. Adscriptos etenim patres semper in pectore ferre, est antiquorum vitam sine intermissione cogitare. Nam tunc sacerdos irreprehensibiliter graditur, cum exempla patrum præcedentium indesinenter intuetur, cum sanctorum vestigia sine cessatione considerat, et cogitationes illicitas deprimit, ne extra ordinis limitem operis pedem tendat. Sed et in hoc quia mortuorum nomina ascripta portamus, intendere debemus quia mortis opera

peccatores gerimus, et ipsi circumdati infirmitate propterea debemus, sicut pro populi, ita et pro nostris exorare peccatis. Assistentes autem considerare debent, qualiter oporteat eos in conspectu divinitatis et angelorum ejus assistere: quia Dominus, qui humilia respicit et alta a longe cognoscit, non attendit ad pretiosas vestes et ad sæculares pompas, quibus quilibet tam viri quam femine se exornare solent, sed ad cor contritum et humiliatum. Quantislibet enim auri et argenti molibus circumditur, quibuslibet pretiosis vestibus induatur caro, quid est aliud nisi caro? Non ergo debemus attendere quid habemus, sed quid simus, Propheta enim dicit: *Vere fenum est populus, et omnis caro fenum, et gloria ejus sicut flos feni* (*Isa. xl, 6*). Multitudo enim generis humani, quæ per nativitatem virescit in carne, per mortem arescit in pulvere, fenum dicitur recte. Feminas enim sanctus Petrus admonet *ut in timore castam conversationem suam considerantibus monstrent. Quarum non sit extrinsecus capillorum implicatio, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus. Sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Sic enim aliquando et sanctæ mulieres sperantes in Domino ornabant se subjectæ propriis viris, sicut Sara obediebat Abraxæ, dominum eum vocans, cujus sunt filix beneficentes et non timentes ullam perturbationem* (*I Pet. iii, 2*).

Sunt etiam, qui intrantes ecclesiam non de ornatu vestium, nec in qualibet pompa gloriantur; sed quasi humiliter multis psalmodiam vel orationem sermonibus compositis prolongant: cum sicut beatus dicit Gregorius, veraciter est orare amarus in oratione gemitus, et non verba composita resonare. At contra hi qui sunt ore quidem orantes sed mente foris vagantes, omni orationis fructu privantur, putantes a Deo prece exaudiri, quia nec ipsi qui fundunt audiunt. Quod antiqui hostis instinctu fieri quis animadvertere nequeat? Sciens enim utilitatem orandi, et invidens hominibus gratiam impetrandi, immittit, orationibus multimoda cogitationum levium et aliquando etiam turpium nocentiumque phantasmata, quibus orationem impediatur, adeo ut nonnunquam tales tantosque discurrentium cogitationum fluctus prostrati in oratione toleremus, quales nec in lecto resupini jacentes tolerare novimus. Unde necesse est, ut agnitum animum ab hujusmodi nebulis, quas hostis aspergere gaudet, in quantum possumus serenando, et pii defensoris perpetuum flagitando præsidium, qui potens est quamlibet indignis peccatoribus, et pure orandi et perfecte impetrandi concedere gratiam, si a peccando non cessamus, imitantes cæcum illum, de quo in Evangelio dicitur: *Quia multo magis clamabat: Filii David, miserere mei* (*Marc. x, 48*). Quia quanto graviore tumultu cogitationum carnalium premimur, tanto orationi insistere ardentius debemus. Quia nimirum necesse est, ut vox cordis nostri, quo durius repellitur, valentius insistat, quatenus illicitæ cogitationis tumultum superet, atque

ad pias aures Domini nimietate suæ importunitatis erumpat. Nam sæpe in ipso orationis nostræ sacrificio importunæ se cogitationes ingerunt, quæ hoc rapere vel maculare valeant, quod in nobis Deo flentes immolamus. Sed si Deus in oratione non quæritur, citius animus in oratione lassatur: quia cum illa quisque postulat, quæ fortasse juxta occultum judicium Deus tribuere recusat, ipsi quoque venit in fastidio qui non vult dare quod amatur. Sed se magis Dominus quam ea quæ condidit vult amari, et æterna potius quam terrena postulari, sicut scriptum est: *Quærite regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis* (Matth. vi, 33). Qui enim non datur, sed adjicientur vobis, profecto indicat aliud esse quod principaliter datur, aliud quod superadditur: quia nobis in intentione æternitas, in usu vero temporalitas esse debet, et illud datur a Deo, et hoc nimirum ex abundantia additur super, et tamen homines sæpe, dum bona temporalia postulant, æterna vero præmia non requirunt, petunt quod adjicitur, et illud non desiderant ubi adjiciatur: nec lucrum suæ petitionis esse deputant, si hiis sunt temporaliter pauperes, et illic beatitudine divites in æternum vivant; sed solis ut dictum est visibilibus intenti, labore postulationis renuunt invisibilia mercari. Qui si superna quærent, jam cum fructu laborem acciperent: quia cum meus in precibus ad auctoris sui speciem anhelat, divinis desideriis inflammata supernis jungitur, ab inferioribus separatur, amorem fervoris sui aperit ut capiat, ut capiens in flamma amoris jam sursum ire est: dumque magno desiderio ad cælestia inhiat, miro modo hoc ipsum quod accipere quærit degustat (*Moralium, lib. xvi, cap. 19*). Unde Abraham (*Gen. xv, 11*), cum ad occasum solis sacrificium offerret, insistentes aves pertulit, quas studiose ne oblatum sacrificium raperent abegit. Sic nos, dum in ara cordis holocaustum Deo offerimus, ab immundis hoc volucris custodiamus, ne maligni spiritus et perversæ cogitationes rapiant quod mens nostra offerre Domino utiliter sperat. » Et sicut apud Isaac Allophyli effossos putcos replere nituntur (*Gen. xxvi*), ita nimirum immundi spiritus, cum nos studiose cor fodere conspiciunt, per congestas nobis tentationum cogitationes rapiunt quod mens nostra offerre se Domino sperat utiliter. Unde mens evacuanda est incessanterque fodienda, ne si indiscussa relinquitur, usque ad timorem perversorum operum cogitationumque super nos terra cumuletur. (*Hom. 14 in Exech.*) « Et Jacob qui cum angelo contendit (*Gen. xxxii*), uniuscujusque perfecti viri et in contemplatione positi animam exprimit: quia videlicet anima, cum contemplari Dominum nititur, velut in quodam certamine posita, modo quasi exsuperat, quia intelligendo et sentiendo de incircumscripto lumine aliquid degustat: modo vero succumbit, quia et degustando iterum deficit: quasi vero vincitur angelus, quando intellectu intimo apprehenditur Deus. » Sed tamen ad semetipsam protinus reverberatur, atque ab ea luce quam

superavit recedit. Sic et qui certat, in luctamine aliquando superat, aliquando vero eo cum quo contendit se inferiorem invenit. (*Moral. lib. xxiii, cap. 10*): « Unde et in psalmo dicitur: *Exaudi te in abscondito tempestatis* (*Psal. lxxx, 8*). Abscondita tempestas est, cum in corde contrito cogitationum temporalium fluctu intumescunt, cum contra amoris sancti studia curarum sæcularium se tumultus illidunt. In abscondito ergo tempestatis exauditur, quia clamor deprecantis est hæc ipsa tribulationis fluctuatio.

CAPUT VII.

De pravīs cogitationibus, cordisque munditia, et de castitate conjugali, et reconciliatione cum proximo. Quod iis post mortem aliorum vota prosint qui hoc in vita meruerunt: deque diverso morientium exitu atque statu.

Et sciendum nobis est, quia triplex est cogitationum nequam modus. Unus earum, quæ deliberatione et proposito peccandi mentem contaminant: quas cogitationes si justa animadversio districti judicis respicit, non sunt jam cogitationes culpæ, sed operum: quia etsi rerum tarditates foris peccata differunt, intus hoc confessionis opere voluntatis effectus impleverunt. De qualibus scriptum est, *Manus in manu non erit innocens malus* (*Prov. xi, 21*): quia si malum quod vult ex deliberatione confessionia non explet in operatione, complet tamen illud iu voluntatis deliberatione. Alius earum, quæ delectatione quidem peccati mentem perturbant, nec tamen ad peccandi consensum pertrahunt. Tertius earum, quæ naturali motu mentem pereurrentes, non tam hanc ad patranda vitia illiciunt, quam a bonis quæ cogitare debuit impediunt: veluti est cum phantasmata rerum, quæ aliquando supervacue gesta vel dicta novimus, ad memoriam reducimus; quarum crebra retractatio, quasi importuna muscarum improbitas, oculos cordis circumvolare ac spiritalem ejus aciem inquietare magis quam excitare consuevit. Nihil quippe nobis est corde fugacius, quod a nobis toties recedit, quoties per pravās cogitationes defluit. Hinc etenim Psalmista ait: *Cor meum dereliquit me* (*Psal. xxxix, 13*); hinc ad semetipsum rediens dicit: *Invenit servus tuus cor suum ut oret te*. Cum ergo cogitatio per custodiam restringitur, cor quod fugere consuevit invenitur. A cunctis autem his cogitationum nequam generibus castigari monuit Salomon cum dicit: *Omni custodia serva cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit* (*Prov. iv, 23*). Cujus monita sequentes, agamus solliciti, ut si quid consensu perpetrandi facinoris in animo deliquimus, cita hoc confessione et dignis pœnitentiæ fructibus abstergamus. Si delectatione peccandi non tentari senserimus, mox eam delectationem crebris precibus ac lacrymis, crebræ amaritudinis perpetua recordatione pellamus. Et si nos solos ad hanc propulsandum sufficere non posse viderimus, fratrum quæramus auxilia, ut quod nostris viribus nequimus, illorum consilio et intercessionem sumamus. *Multum*

enim valet deprecatio justii assidua (Jac. v, 16); et sicut idem præmisit: *Oratio fidei salvabit infirmum, et allevabit eum Dominus, et si in peccatis sit dimittentur ei* (ibid., 15). Et quia supervacuis cogitationibus ad integrum carere non valemus, has in quantum possumus immissione bonarum cogitationum, et maxime frequenti Scripturarum meditatione fugemus, juxta exemplum Psalmistæ qui dicit: *Quomodo dilexi legem tuam, Domine! tota die meditatio mea est* (Psal. cxviii, 97). Pelamus supernam elementiam, quod est vere in nomine Salvatoris pelere, ut cor nostrum rigore odiorum constringi non permittat, sed gratiam nobis puræ dilectionis infundat: ut infidelitatis nos interire venenis non sinat, sed fortitudinem fidei contra hostis antiqui tentamenta concedat; ut nos desperatione futurorum retro respicere non permittat, sed spem cælestium bonorum, per quam præsentia adversa simul et prospera contemnere possimus, misericorditer tribuat. Cordis quoque nobis munditiam et boni operis efficaciam præstet. Multum autem juvat orationis puritas, si in omni loco vel tempore nos ab actibus temperemus illicitis, si semper ab otiosis sermocinationibus auditum pariter castigemus et linguam, si in lege Domini ambulare et testimonia ejus assuescamus toto corde servare. Quæcunque enim sæpius agere, vel loqui, aut audire solemus, eadem necesse est sæpius, ad animam quasi solitam propriamque recurrant ad sedem. Sicut ad volutabra porci, columbæ autem pura et limpida solent frequentare fluentia, ita cogitationes immundæ impuram mentem perturbant, et spirituales cogitationes castam mentem sanctificant. Et custodito corde, juxta quod Scriptura dicit: *Omni custodia serva cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit*, necesse est nos etiam corpora in sanctificatione et munditia custodire. Custodito namque et mundato a fluxu luxuriæ corpore, necesse est ut bona opera subsequantur, sicut Dominus præcepit dicens: *Sicut lumbi vestri præcincti et lucernæ ardentes in manibus vestris* (Luc. xii, 35). [Hom. 13.] « Duo autem sunt quæ jubentur, et lumbos restringere, et lucernas tenere, ut et munditia sit castitatis in corpore, et lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro unum sine altero placere nequaquam potest, si aut is qui bona agit, adhuc luxuriæ inquinamenta non deserit, aut is qui castitate præeminet, necdum se per bona opera exercet. Nec castitas ergo magna est sine bono opere, nec opus bonum est aliquid sine castitate. » Quid enim illi prodest qui se diabolo et sua donat Deo, cum Spiritura dicat: *Miserere animæ tuæ placens Deo?* (Eccli. xxx. 24.) Misericordiæ enim opera quisque a se incipere debet, ut prius se Deo et postea sua Domino tribuat, juxta quod Scriptura præcipit: *Declina a malo et fac bonum, et tunc inhabitabis in sæculum sæculi in domo Domini, in longitudinem dierum* (Psal. xxxvi, 27).

Et sciendum nobis est, quia non solum est castitas

A in virginibus, et viduis, et continentibus, sed etiam castitas est conjugalis in legitime conjugatis et legitima jura conjugii conservantibus. (Pastoral. part. iii, cap. 28). « Quibus tamen scire necesse est quia suscipiendæ prolis causa habentur conjuncti, et cum immoderatæ comunioni servientes propagationis articulum in usum transferunt voluptatis, perpendant quod libidini servientes nimis, in ipso conjugio conjugii jura transcendunt. Unde necesse est, ut crebris orationibus, et quotidianis elemosynis, deleant quod pulchram copulæ speciem admistis voluptatibus sædant. Hinc est quod peritus medicinæ cælestis Apostolus, non tam sana instituit, quam infirmis medicamenta monstravit dicens: *De quibus scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquæque suum virum habeat* (I Cor. vii, 1). Qui enim fornicationis metum præmisit, profecto non stantibus præcepta contulit; sed ne fortasse in terram ruerent, lectum cadentibus extendit. Unde adhuc infirmantibus subdit: *Uxori vir debitum reddat, similiter autem et uxor viro* (ibid., 6). Quibus dum in magna honestate conjugii aliquid de voluptate largiretur, adjunxit: *Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium*. Culpa quippe esse innuitur quod indulgeri perhibetur; sed quæ tanto citius relaxatur, quanto non per hanc illicitum quid agatur, si hoc quod est licitum sub moderamine non tenetur. (Ibid.) Unde cum Deo deprecatio funditur, nequaquam talis conjugum vita damnatur. De qua deprecatione quoque Paulus admonet dicens: *Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi* (I Cor. vii, 5). » Quatenus mundiores et corde et corpore, abluti etiam carne et vestibus aqua, ad communionem corporis et sanguinis Domini veniant, ne ipsa inæstimabilis mysterii magnitudine graventur. Nam et Dominus in Sina monte locuturus ad populum, prius eundem populum abstinere a mulieribus præcipit (Exod. xix), et ad David de pueris suis a sacerdote dicitur, ut si mulieribus mundi essent, panes propositionis acciperent (I Reg. xxi, 4): quos omnino non acciperent, nisi prius mundos esse David a mulieribus fateatur. Omnes autem in cemmunionem, mundo corde et corpore purificato sacris mysteriis assistentes, necesse est ut nosmetipsos Deo in cordis contritione mactemus, quia qui passionis Dominicæ mysteria celebramus, debemus imitari quod agimus. Tunc ergo vere pro nobis hostia erit, cum nos ipsos hostiam fecerit.

(Dial. lib. iv, c. 59.) « Sed inter hæc sciendum est, quia ille recte sui delicti veniam postulat, qui prius hoc quod in ipso delinquitur relaxat. Munus enim non accipitur, nisi ante discordia ab animo pellatur, dicente Veritate: *Si offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo et tunc veniens offers munus* (Matth. v, 23). Qua in re

pensandum est, cum omnis culpa munere solvatur, quam gravis est culpa discordiæ, pro qua nec munus accipitur. Debemus itaque ad proximum, quamvis longe positum, longeque disjunctum, mente ire, eisque animum subdere, humilitate illum ac benevolentia placare, ut scilicet Conditor noster, dum tale placitum nostræ mentis aspexerit, a peccato nos solvat qui munus pro culpa sumit. Veritatis autem voce attestante, didicimus quia servus qui decem millia talenta debebat, cum pœnitentiam ageret, absolutionem debiti a domino accepit, sed quia conservo suo centum sibi denarios debenti debitum non dimisit, et hoc est jussus exigi quod ei fuerat jam dimissum (*Matth. xviii*). Ex quibus videlicet dictis constat quia, si hoc quod in nos delinquitur ex corde non dimittimus, et illud rursus exigimur quod nobis jam per pœnitentiam dimissum fuisse gaudebamus. Igitur dum perindultum temporis spatium licet, dum judex sustinet, dum conversionem nostram is qui culpas examinat expectat, consemus, in lacrymis duritiem mentis, formemus in proximis gratiam benignitatis, et fidenter dico, quia salutari hostia per mortem non indigemus, si ante mortem Deo ipsi hostia fuerimus. »

Et sciendum nobis est, qua illis sacra victima mortuis prodest, qui hic vivendo obtinuerunt ut eos etiam post mortem bona adjuvent quæ hic pro ipsis ab aliis fiunt. Ad hæc etiam veraciter credi debet, quia illum post mortem Deus non liberat, quem ante mortem gratia suam ad veniam non reformat. Hinc etenim Paulus dicit : *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis (II Cor. vi, 2)*. Hinc Psalmista ait : *Quoniam in sæculum misericordia ejus (Psal. cxvii, 1)*. Quia nimirum, quem nequaquam modo misericordia ejus eripit, sola post præsens sæculum justitia addicit. Hinc Salomon ait : *Quia lignum in quocunque loco ceciderit, sive ad austrum, sive ad aquilonem, ibi erit (Eccle. xi, 3)*. Quia cum humani casus tempore, sive sanctus, sive malignus spiritus egredientem animam claustris carnis acceperit, in æternum secum sine ulla permutatione retinebit, ut nec exaltata ad supplicium proruat, nec mersa æternis suppliciis ultra ad remedium ereptionis ascendat, relictis æternaliter condemnatis. Scire debemus, quia est differentia in electis de corpore egressis, ut egredientibus seu egressuris : quoniam sunt qui mox ut a carnis corruptione soluti sunt aut solvuntur, ad Dei contemplationem angelis sociandi perveniunt, sicut sancti apostoli, martyres, et confessores, et virgines, cæterique arctioris et perfectioris vitæ viri ac feminæ, quorum unus certaminum suorum conscius non dubitavit de ipso testari dicens : *Cupio dissolvi et cum Christo esse (Philip. i, 23)*. Cæterum sunt plures in Ecclesia justis, qui post carnis solutionem continuo beata paradisi requie suscipiuntur, exspectantes in magno gaudio, in magnis congaudentium choris, quando recepto corpore veniant et appareant ante faciem Dei. At vero nonnulli, propter bona quidem opera ad electorum societatem

præordinati, sed propter mala aliqua, quibus polluti de corpore exeunt, per mortem severius castigandi excipiuntur flammis ignis purgatorii, et vel usque ad diem judicii longa examinatione de vitiorum sorde mundantur, vel certe piis amicorum fidelium precibus, eleemosynis, jejuniis, fletibus, et hostiæ salutaris oblationibus absoluti pœnis, et ipsi ad beatorum perveniunt requiem. Sed inter hæc pensandum est, quod tutior via sit, ut bonum quod quisque post mortem suam sperat agi per alios, agat ipse dum vivit pro se. Beatius quippe est liberum exire, quam post vincula libertatem quærere. Debemus itaque præsens sæculum, vel quia jam conspicimus defluxisse, tota mente contemnere; quotidiana Deo lacrymarum sacrificia, quotidiana carnis ejus et sanguinis hostias immolare, in assiduis etiam fletibus, in quotidiana nostra pœnitentia.

CAPUT VIII.

Quod advocatus noster in cælo sit Christus, qui Incarnationis et passionis suæ mysterio nos redemit, et corpus ac sanguinem suum nobis in sacramento reliquit.

Habemus sacerdotem in cælis qui interpellat pro nobis, de quo etiam per Joannem dicitur : *Si peccaverimus, advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum justum, et ipse est propitiatio pro peccatis nostris (I Joan. ii, 1)*. Ecce exultat animus, cum advocati nostri potentiam audivimus; sed exultationem nostram iterum remordet timor, quia ipse qui nobis advocatus est dicitur justus. Nos enim causas injustitiæ habemus, justus vero advocatus injustas causas nullo modo suscipit, nec verba dare pro injustitia consentit. Quid ergo agimus, charissimi fratres mei? Sed ecce occurrit animo quid agamus; mala quæ fecimus et accusemus et deploremus. Scriptum est enim *Justus in principio accusator est sui (Prov. xviii, 17)*. Quilibet etenim peccator conversus in fletibus jam justus esse inchoat, cum cœperit accusare quod fecit. Cur enim justus non sit, qui contra suam injustitiam jam per lacrymas sævit? Justus igitur advocatus noster justos nos defendet in iudicio, quia nosmetipsos et cognoscimus et accusamus injustos. Non ergo in fletibus, non in actibus nostris, sed in advocati nostri allegatione confidamus, qui sine intermissione pro nobis holocaustum Rademptor piissimus immolat, quia sine cessatione Patri suam pro nobis incarnationem demonstrat. Ipsa quippe ejus incarnatio nostræ est emundationis oblatio. Cumque se hominem ostendit, delicta hominis interveniens diluit, et humanitatis suæ mysterio perenne sacrificium immolat, quia et hæc sunt æterna quæ mundat, sacerdos pro nobis factus, et sacrificium, et altare. Unde ad Israel dicitur : *Altare de terra facietis mihi (Exod. xxxiii, 24)*. Altare enim de terra Deo facere, est incarnationem Mediatoris adorare. Tunc quippe a Deo nostro munus accipitur, quando in hoc altari, id est super Dominicæ incarnationis humanitatem, nostræ humilitatis fidem soli-

. Homo namque in libertate propriæ voluntatis conditus, sponte sua diabolo consentus est debitor mortis. Delenda ergo erat culpa, sed nisi per sacrificium deleri non potest pro homine videlicet peccatore et rationali, hostia, id est homo, et sine peccato, homine assumpsit naturam non culpam, ad lationem offerri non potuit. Fecit ergo pro sacrificio corpus suum, exhibuit pro peccata victimam sine peccato, quæ et humanitate et injustitiam mundare potuisset. Finis scilicet qui consumit, sed qui perfecit cum, in apparuit, et factus sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, tunc novum testamentum, quod nobis de pane et vino aqua misto, sacrificante et vivificante atque benedicente, in corpore et sanguine suo mysterium fidei, donec dominus veniat tradidit, manifeste perficiet, cum diligentibus se, qui secundum propositum sunt sancti, per patefactam majestatis eæ non ostendet, quomodo ipsi gignenti non impar, et quomodo utriusque Spiritus, utriusque unus ac consubstantialis, simul ab utroque nascitur: quomodo is qui oriendo a Patre est, ei nascitur subsequens non est: quomodo is qui sine matre producitur, a proferentibus non præceditur, et unum divisibiliter tria sint, et indistincta tria unum: sed humanitatem veræ carnis et rationalem animam, una secum de Spiritu sancto, beatam Mariam semper Virgine, in visceribus et carne ipsius conceptam, et mox sanctam in se assumptam, suæ personæ, qui sine ullo defectu perfectus Deus, Unigenitus æqualis Patri, et homo in fine sæculorum natus est, unus et verus Filius Dei, per uterum ejusdem virginis, quæ ancilla est ipsius hominis per divinitatem et mater Verbi per carnem (*Moral.* lib. xviii, c. 19): « Cui ut scriptum est: *Non adæquabitur ei de Æthiopia* (*Job* xxviii, 19). Quoniam aliud est homines gratiam adoptionis accipere, et ipsum singulariter per divinitatis potentiam ex ipso conceptu prodire: nec æquari potest Unigeniti habitæ per naturam ab aliis nisi per gratiam. Mediator quippe Dei atque homo Christus Jesus, non est alter in humilitate alter in deitate: quia non purus homo conceptus, et editus, post per meritum ut Deus acceptus; sed nuntiante angelo, et adveniente Verbo, mox Verbum in utero, mox intra uterum in carne, et manente incommutabili essentia, simul cum Patre et cum sancto Spiritu cœterna natus intra Virginis viscera, unde et immortali pati, et immortalis mori, et æternus ante mundum temporalis posset esse in fine sæculorum: ineffabile sacramentum, conceptu sancto, et inviolabili, secundum veritatem utriusque nature eadem Virgo, ut diximus, et ancilla Domini et mater. Sic quippe ei ab Elizabeth dicitur: *hec mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?*

A (*Luc.* i, 43). Et ipsa virgo concipiens dixit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* (*ibid.*, 38). Et quamvis ipse aliud ex Patre, aliud ex Virgine, sed ipse est æternus ex Patre, ipse temporalis ex matre, ipse qui fecit, ipse qui factus est, ipse speciosus præ filiis hominum per divinitatem, et ipse de quo dictum est: *Vidimus eum, et non erat aspectus, et non est ei species, neque decor* (*Isa.* lxi, 2), per humanitatem. Ipse ante sæcula de Patre sine matre, ipse in fine sæculorum de matre sine patre: ipse conditor templum, ipse conditor templi: ipse auctor operis, ipse opus auctoris: manens unus ex utraque et in utraque natura, nec naturarum copulatione confusus, nec naturarum distinctione geminatus. » In natura divinitatis æqualis et cœternus ac consubstantialis Patri et Spiritui sancto; in natura humanitatis minoratus paulo minus ab angelis: in qua resurgendo a mortuis gloria et honore coronatus est, et constitutus super omnia opera manuum Patris, et data est ei omnis potestas in cœlo et in terra, et clarificatus est claritate illa, quam in divinitate habuit apud Patrem priusquam mundus fieret, ut iisdem dilectoribus suis palam ostenderet, cum absorpta esset mors in victoria, mortale hoc nostrum induere immortalitatem ad suam felicitatis sempiternæ beatitudinem. Ejus beatitudinis perpetuæ felicitatem anxie suspirantes et anhelantes, ingemiscimus gravati in hoc tabernaculo, habentes hunc thesaurum fidei et spei ac dilectionis in vasis fictilibus. Unde nobis per Prophetam dicitur: *Constituite diem solemnem in confrequentationibus usque ad cornu altaris* (*Psal.* cxvii, 27). Dies sollemnis est Domino compunctio cordis nostri. Sed tunc in confrequentationibus dies sollemnis constituitur, cum in lacrymas amoris ejus assidue mens solvitur. At ne morientes, si non diceretur quandiu ista acturi sumus, tribulatione afficeremur, illico terminum quo usque fieri debeat subjungit dicens, *usque ad cornu altaris*. Cornu quippe altaris est exaltatio sacrificii interioris, ubi eum venerimus, jam nulla necessitas erit ut solemnem diem Domino de nostra lamentatione faciamus. Ad quod altare interioris sacrificii non accedit nisi justus, ad quod ille pervenit qui ad istud præsens et visibile accedit gratia Dei justificatus, et illic inveniet vitam suam, qui ad istud accedens discreverit causam suam, unde dispensatur victima salutaris, qua deletum est debitum damnationis ac maledictionis nostræ chirographum quod erat contrarium nobis, et triumphatus est hostis computans nostra peccata, et quærens quid objiciat, et nihil inveniens in illo in quo vincimus, credentes in eum qui pro nobis debitoribus mortis, mortis debitum quod non debebat exsolvit, solvens inimicitias quas peccando contraximus in carne sua, bonus pastor animam suam ponens pro ovibus suis, ut id sacramento nostro corpus et sanguinem suum verteret, et oves quas redemerat carnis suæ alimento satiaret.

CAPUT IX.

Quod Christus pro nobis in altari quotidie immolatur, ad cujus participationem cum fide et bonis operibus accedendum est.

Qui quando hæc sacrosancta mysteria celebranda discipulis suis tradidit, inter cætera dixit: *Filius hominis secundum quod definitum est vadit. Verumtamen væ illi homini per quem tradetur!* (Luc. xxii, 22.) Sed et hodie et in sempiternum væ illi homini, qui ad mensam Domini malignus accedit; qui insidiis mente conditis, qui præcordiis aliquo scelere pollutus, mysteriorum Christi secretis participare non metuit. Etenim ille in exemplum Judæ filium hominis tradit, non quidem Judæis peccatoribus, sed tamen peccatoribus, membris scilicet suis, quibus illud inæstimabile et inviolabile Domini corpus violare præsumit. Ille Dominum vendit, qui ejus amore ac timore neglecto, terrena et caduca, imo etiam criminosa, plus amare et curare convincitur. Væ, inquam, illi homini, de quo Jesus, qui altaribus sacrosanctis inter immolandum, utpote proposita consecraturus, adesse non dubitatur, astantibus sibi ministris cælestibus, quæri cogitur: *Ecce, inquit, manus tradentis me mecum est in mensa* (ibid., 21). De quibus dicit Apostolus: *Quicumque manducaverit panem vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini. Qui enim manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans, id est, non discernens debita veneratione a cibus cæteris, corpus Domini. Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat. Quoties enim cumque manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat* (I Cor. xi, 26, 27, 28): quia ut Joannes dicit apostolus: *Dilexit nos, et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo* (Apoc. i, 15). Non solum autem a peccatis in sanguine suo, quando sanguinem suum dedit in cruce pro nobis, sed et quando quisque nostrum in mysterio sacrosanctæ passionis illius baptismi aquis ablutus est, quia pretium Christi sepultura nostra est. Unde ager de pretio sanguinis ejus emptus vocatur *achelcmach*, id est ager sanguinis: videlicet ager Judæorum, sed sepultura nostra est. Nos enim peregrini fuimus et advenæ; non habuimus ubi requiesceremus: ille crucifixus est et mortuus, et nos consepulti sumus cum illo per baptismum in mortem. Quia *quicumque baptizati sumus in Christo Domino, in morte ipsius baptizati sumus* (Rom. vi, 3), qui non solum quando in cruce sanguinem suum dedit pro nobis, vel quando in baptismo lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo, verum etiam quotidie tollit peccata mundi, lavatque nos a peccatis nostris quotidianis in sanguine suo, cum ejusdem beatæ passionis ad altare memoria replicatur, cum panis et vini creatura in sacramentum carnis et sanguinis ejus ineffabili spiritus sanctificatione transfertur, sicque corpus et sanguis illius, non infidelium manibus ad perniciem suam funditur

A et occiditur, sed fidelium ore suam sumitur in salutem.

Cujus recte figuram agnus in lege paschalis ostendit, qui semel populum de Ægyptia servitute liberans, in memoriam ejusdem liberationis per omnes annos immolatione sua eundem populum sanctificare solebat, donec ipse veniret, cui talis hostia testimonium dabat, oblatusque Patri pro nobis in hostiam odoremque suavilatis, mysterium suæ passionis oblato agno in creaturam panis vinique transferret, sacerdos factus in æternum secundum ordinem Melchisedech. Et sicut illi, qui etiam postquam educti sunt in sanguine agni de terra Ægypti, et baptizati sunt in nube et in mari, exigentibus culpis, serpentium morsibus sternebantur, ut ex ordine flagelli exterioris agnoscerent quantam intus perniciem peccando paterentur, exaltatum pro signo serpentem æneum aspiciebant, sicut sacra Numerorum naarat historia (Num. xx), sanabantur ad tempus a temporali morte et plaga, quam serpentium morsus intulerant: ita et qui mysterium Dominicæ passionis credendo et confitendo sinceriter imitando aspiciunt, salvantur in perpetuum ab omni morte quam peccando in anima pariter et carne contraxerant, *ut omnis qui credit in Christum non peccat, sed habeat vitam æternam* (Joan. iii, 16). Et hoc inter illam figuram et istam veritatem distat, quia per illam figuram vita protelabatur temporalis, per hanc vita donatur sine fine mansura. Sed curandum solerter est, ut quod intellectus bene sentit operatio condigna perficiat, quatenus cum confessione rectæ nostræ fidei pie et sobrie conversando ad perfectionem promissæ vitæ nobis mereamur attingere. *Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam* (ibid.). Ad quam ille perveniet, quisquis in recta fide et bonis operibus perseveravit usque in finem, quia et fides sine operibus mortua est, illa videlicet fides, quæ per dilectionem non operatur, et sine fide impossibile est placere Deo. In quibus unanimiter gratia Dei consistentibus perseverantia necessaria est usque in finem, quia nemo mittens manum in aratrum et aspiciens retro, aptus est regno Dei, in quo æternaliter vivunt angeli et sanctorum spiritus de ligno vitæ, sicut ipse dixit: *Sicut in me vivit Pater, et ego viro in eo propter Patrem; et qui manducat me, et ipsi vivit propter me. Ego sum panis vitæ, et ego sum panis de cælo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit non moriatur. Ego sum panis vivus qui de cælo descendi; si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum, et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Amen amen dico vobis: Nisi manducaveritis carnem filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, habet vitam æternam, et ego resuscitabo eum in novissimo die. Caro enim mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, manet in me et ego in eo. Hic*

is qui de cælo descendit : qui manducat hunc **A** locum in te latendi clamor meus (Job xvi, 19). Peccanti enim homini dictum est : *Terra es et in terram ibis* (Gen. iii, 19). Quæ scilicet terra Redemptoris nostri sanguinem non abscondit, quia unusquisque peccator redemptionis suæ pretium sumens confitetur ac laudat, et quibus valet proximis innotescit. Terra etiam sanguinem ejus non operuit, quia sancta Ecclesia redemptionis suæ mysterium in cunctis jam mundi partibus prædicat. Neque invenit in terra latendi locum clamor ejus. Ipse enim sanguis redemptionis qui sumitur, clamor nostri Redemptoris est. Unde etiam Paulus dicit : *Et sanguinem aspersionis melius loquentem quam Abel* (Hebr. xii, 24). De Abel sanguine dictum fuerat : *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra* (Gen. iv, 10). Sed sanguis Jesu melius loquitur quam Abel, quia sanguis Abel fratricidæ fratris mortem petiit, sanguis autem Domini vitam persecutoribus impetravit. Ut ergo in nobis sacramentum Dominicæ passionis non sit otiosum, imitari debemus quod sumimus, et prædicare cæteris quod veneramur. Locum enim latendi clamor ejus in nobis inveniet, si hoc quod mens credidit lingua tacet. Sed ne in nobis clamor ejus lateat, restat ut unusquisque juxta modulum suum vivificationis suæ mysterium proximis innotescat : • credens et confitens et annuntians, quia sanguis Christi ideo novum est testamentum, quia nova dilectio, qua usque ad mortem in novissimis sæculorum temporibus nos dilexit. Dilectio ista nos innovat, ut simus homines novi, hæredes testamenti novi, sicut et Apostolus dicit : *Quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatam Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi ? et ideo novi testamenti mediator est* (Hebr. ix, 14. 15). Per hunc ergo sanguinem novi testamenti, qui effusus est in remissionem peccatorum, emundabit, id est innovabit conscientiam fidelium, et fiunt iidem fideles, juxta eundem Apostolum, hæredes secundum spem vitæ æternæ, *et repromissionem accipiunt qui vocati sunt æternæ hæreditatis* (ibid., 15). Et ideo sanguis ille vere novi testamenti et æterni est, quia quos a vetustate innovat, ad æternam felicitatem perducit. Hinc Zacharias propheta velut ad ipsum Dominum loquens ait : *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinclos tuos de lacu, in quo non erat aqua* (Zach. ix, 11). Quia videlicet per hujus sanguinis effusionem, et antiqui justis spe futuræ redemptionis devincti ab inferni claustris educti sunt, et per eundem etiam omnes credentes a peccatorum vinculis, et de lacu miseriæ, et de luto facis eripiuntur. Item quod hic dicitur *mysterium fidei*, et in illis verbis Domini quibus mysterium corporis et sanguinis sui tradidit non legitur, videtur de alio loco Evangelii sumptum esse, ubi secundum Joannem de hoc eodem sacramento quibusdam discipulis non credentibus loquens ait : *Verba quæ locutus sum vobis spiritus et vita sunt, sed sunt quidam ex vobis qui non crediderunt* (Joan. vi. 14). Ostendit enim se magnum

is qui de cælo descendit : qui manducat hunc **A** locum in te latendi clamor meus (Job xvi, 19). Peccanti enim homini dictum est : *Terra es et in terram ibis* (Gen. iii, 19). Quæ scilicet terra Redemptoris nostri sanguinem non abscondit, quia unusquisque peccator redemptionis suæ pretium sumens confitetur ac laudat, et quibus valet proximis innotescit. Terra etiam sanguinem ejus non operuit, quia sancta Ecclesia redemptionis suæ mysterium in cunctis jam mundi partibus prædicat. Neque invenit in terra latendi locum clamor ejus. Ipse enim sanguis redemptionis qui sumitur, clamor nostri Redemptoris est. Unde etiam Paulus dicit : *Et sanguinem aspersionis melius loquentem quam Abel* (Hebr. xii, 24). De Abel sanguine dictum fuerat : *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra* (Gen. iv, 10). Sed sanguis Jesu melius loquitur quam Abel, quia sanguis Abel fratricidæ fratris mortem petiit, sanguis autem Domini vitam persecutoribus impetravit. Ut ergo in nobis sacramentum Dominicæ passionis non sit otiosum, imitari debemus quod sumimus, et prædicare cæteris quod veneramur. Locum enim latendi clamor ejus in nobis inveniet, si hoc quod mens credidit lingua tacet. Sed ne in nobis clamor ejus lateat, restat ut unusquisque juxta modulum suum vivificationis suæ mysterium proximis innotescat : • credens et confitens et annuntians, quia sanguis Christi ideo novum est testamentum, quia nova dilectio, qua usque ad mortem in novissimis sæculorum temporibus nos dilexit. Dilectio ista nos innovat, ut simus homines novi, hæredes testamenti novi, sicut et Apostolus dicit : *Quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatam Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi ? et ideo novi testamenti mediator est* (Hebr. ix, 14. 15). Per hunc ergo sanguinem novi testamenti, qui effusus est in remissionem peccatorum, emundabit, id est innovabit conscientiam fidelium, et fiunt iidem fideles, juxta eundem Apostolum, hæredes secundum spem vitæ æternæ, *et repromissionem accipiunt qui vocati sunt æternæ hæreditatis* (ibid., 15). Et ideo sanguis ille vere novi testamenti et æterni est, quia quos a vetustate innovat, ad æternam felicitatem perducit. Hinc Zacharias propheta velut ad ipsum Dominum loquens ait : *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinclos tuos de lacu, in quo non erat aqua* (Zach. ix, 11). Quia videlicet per hujus sanguinis effusionem, et antiqui justis spe futuræ redemptionis devincti ab inferni claustris educti sunt, et per eundem etiam omnes credentes a peccatorum vinculis, et de lacu miseriæ, et de luto facis eripiuntur. Item quod hic dicitur *mysterium fidei*, et in illis verbis Domini quibus mysterium corporis et sanguinis sui tradidit non legitur, videtur de alio loco Evangelii sumptum esse, ubi secundum Joannem de hoc eodem sacramento quibusdam discipulis non credentibus loquens ait : *Verba quæ locutus sum vobis spiritus et vita sunt, sed sunt quidam ex vobis qui non crediderunt* (Joan. vi. 14). Ostendit enim se magnum

is qui de cælo descendit : qui manducat hunc **A** locum in te latendi clamor meus (Job xvi, 19). Peccanti enim homini dictum est : *Terra es et in terram ibis* (Gen. iii, 19). Quæ scilicet terra Redemptoris nostri sanguinem non abscondit, quia unusquisque peccator redemptionis suæ pretium sumens confitetur ac laudat, et quibus valet proximis innotescit. Terra etiam sanguinem ejus non operuit, quia sancta Ecclesia redemptionis suæ mysterium in cunctis jam mundi partibus prædicat. Neque invenit in terra latendi locum clamor ejus. Ipse enim sanguis redemptionis qui sumitur, clamor nostri Redemptoris est. Unde etiam Paulus dicit : *Et sanguinem aspersionis melius loquentem quam Abel* (Hebr. xii, 24). De Abel sanguine dictum fuerat : *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra* (Gen. iv, 10). Sed sanguis Jesu melius loquitur quam Abel, quia sanguis Abel fratricidæ fratris mortem petiit, sanguis autem Domini vitam persecutoribus impetravit. Ut ergo in nobis sacramentum Dominicæ passionis non sit otiosum, imitari debemus quod sumimus, et prædicare cæteris quod veneramur. Locum enim latendi clamor ejus in nobis inveniet, si hoc quod mens credidit lingua tacet. Sed ne in nobis clamor ejus lateat, restat ut unusquisque juxta modulum suum vivificationis suæ mysterium proximis innotescat : • credens et confitens et annuntians, quia sanguis Christi ideo novum est testamentum, quia nova dilectio, qua usque ad mortem in novissimis sæculorum temporibus nos dilexit. Dilectio ista nos innovat, ut simus homines novi, hæredes testamenti novi, sicut et Apostolus dicit : *Quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatam Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi ? et ideo novi testamenti mediator est* (Hebr. ix, 14. 15). Per hunc ergo sanguinem novi testamenti, qui effusus est in remissionem peccatorum, emundabit, id est innovabit conscientiam fidelium, et fiunt iidem fideles, juxta eundem Apostolum, hæredes secundum spem vitæ æternæ, *et repromissionem accipiunt qui vocati sunt æternæ hæreditatis* (ibid., 15). Et ideo sanguis ille vere novi testamenti et æterni est, quia quos a vetustate innovat, ad æternam felicitatem perducit. Hinc Zacharias propheta velut ad ipsum Dominum loquens ait : *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinclos tuos de lacu, in quo non erat aqua* (Zach. ix, 11). Quia videlicet per hujus sanguinis effusionem, et antiqui justis spe futuræ redemptionis devincti ab inferni claustris educti sunt, et per eundem etiam omnes credentes a peccatorum vinculis, et de lacu miseriæ, et de luto facis eripiuntur. Item quod hic dicitur *mysterium fidei*, et in illis verbis Domini quibus mysterium corporis et sanguinis sui tradidit non legitur, videtur de alio loco Evangelii sumptum esse, ubi secundum Joannem de hoc eodem sacramento quibusdam discipulis non credentibus loquens ait : *Verba quæ locutus sum vobis spiritus et vita sunt, sed sunt quidam ex vobis qui non crediderunt* (Joan. vi. 14). Ostendit enim se magnum

dixisse mysterium cum ait: *Verba quæ ego locutus sum vobis spiritus et vita sunt* (Joan. vi, 65): cum autem adjungit, *sed sunt quidam ex vobis qui non crediderunt*, ostendit magnum istud mysterium non esse nisi fidei et fidelium, qui verba audiunt, et ideo eis spiritus et vita sunt, quia eos spiritaliter intellecta vivificant. Totum ergo quod in hac oblatione Domini corporis et sanguinis agitur, mysterium est. Aliud enim videtur, aliud intelligitur: quod videtur speciem habet corporalem, quod intelligitur fructum habet spiritualem. Sciendum vero est, quod eundem calicem Domini sanguinis, juxta observantiam Ecclesie catholice apostolis traditam, nisi mistum aqua offerri non licet, quia unum sunt in redemptionis nostre mysterio cum ait: *Non bibam amodo ex hoc genimine vitis* (Matth. xxvi, 29), et de latere ejus, quod lancea transfixum est, aqua cum sanguine egressa, vinum de vera carnis ejus vite cum aqua expressum ostendit. Hæc enim sunt sacramenta Ecclesie, sine quibus ad vitam quæ vera vita est non intratur. Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum, aqua illa salutare temperat poculum, hæc et lavacrum præstat et potum. Hoc totum Domini oblationis mysterium quanta pietate et amore agendum sit, commendat ipse Dominus dicendo: *Hæc quotiescunque feceritis in mei memoriam facietis* (I Cor. xi, 25). Quod exponens Apostolus ad Corinthios ait: *Quotiescunque enim manducabitis panem hunc et calicem libetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat* (ibid. 26). Illius ergo panis et calicis oblatio mortis Christi est commemoratio et annuntiatio, quæ non tam verbis quam ipsis mysteriis agitur, per quæ nostris mentibus mors illa pretiosa altius et fortius commendatur. Quid est enim mortis Christi commemoratio, nisi charitatis ejus commendatio? quam nobis beatus evangelista commendans ait. *Sciens Jesus quia venit hora ejus ut transcat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos* (Joan. xiii, 1). Id est usque ad mortem eum illa dilectio perduxit. Quia tantum dilexit eos ut moreretur propter eos. Hoc enim testatus est dicens: *Majorem hæc dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis* (Joan. xv, 13). Propterea et iturus ad passionem, et per resurrectionis et ascensionis gloriam discessurus e mundo, hoc sacramentum ultimum discipulis tradidit, ut memoriam tantæ charitatis, per quam solam salvamur, altius eorum mentibus insingeret. Quatenus semper memores simus, et quales, et quantum ab eo dilecti simus, ne de nobis gloriemur, quantum at do illo speremus. Quod utrumque diligenter amplius exponit et inculcat dicens: *Ut quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est* (I Cor. v, 6)? Et post paululum dicitur: *Commendat autem, inquit, suam charitatem Deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo igitur magis justificati nunc in sanguine ipsius salvi erimus ab ira per ipsum* (ibid. 89). Hoc ergo agendum,

A hoc frequentandum commendavit Ecclesie, quousque ipse veniat in fine sæculi, quando erit sanctorum requies, non adhuc in sacramento spei, quo in hoc tempore consociatur Ecclesia, quando bibitur quod de Christi latere manavit, sed jam in ipsa perfectione salutis æternæ, cum tradetur regnum Deo et Patri ut in illa perspicua contemplatione incommutabilis veritatis nullis mysteriis corporalibus egeamus.

CAPUT X.

Quod per Christi humilitatem panis angelorum panis noster factus sit: quodque a Christo ipso fiat consecratio, et in imagine panis verasit caro Christi, a nobis cum pœnitentia et mundo corde manducanda.

Erat enim antea secundum ordinem Judæorum Aaron sacrificium in victimis pecorum, et hoc in mysterio. Nondum namque erat sacrificium corporis et sanguinis Domini, quod fideles norunt qui Evangelium legerunt. Quod sacrificium nunc diffusum est toto orbe terrarum per eum de quo scriptum est: *Juravit Dominus et non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech* (Psal. cix, 4). Hoc de Domino nostro Jesu Christo dictum est, quia voluit esse salutem nostram in corpore et sanguine suo, quæ commendavit nobis de humilitate sua. Nisi enim esset humilis, non manducaretur nec biberetur. Respice altitudinem ipsius: *In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum* (Joan. i). Ecce cibus sempiternus. Sed manducant angeli, manducant supernæ virtutes, manducant cælestes spiritus, et manducant et saginantur, et integrum manet quod eos satiat et lætificat. Quis autem homo pervenire posset ad illum cibum? unde cor idoneum illi cibo? Oportebat ergo ut mensa illa lactesceret, ut parvulis proveniret. Unde autem sit cibus lac? unde cibus in lac convertitur, nisi per carnem trajiciatur? Nam mater hoc facit. Quod manducat mater, hoc manducat infans; sed quia minus est idoneus infans qui pane vescatur, ipsum mater incarnat, et per humilitatem mamillæ in lactis succum de ipso pane pascit infantem. Quomodo ergo de ipso pane pascit nos sapientia Dei? quia *Verbum caro factum est et habitavit in nobis* (ibid., 14). Videte ergo humilitatem, quia panem angelorum manducavit homo, ut scriptum est: *Panem cæli dedit eis, panem angelorum manducavit homo* (Psal. lxxvii, 15). Id est: Verbum illud quo pascuntur angeli sempiternum, quod est æquale Patri, manducavit homo, quia *cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualem se Deo*. Saginantur illo angeli, sed *semetipsum exinanivit*, ut manducaret panem angelorum homo. *Formam servi accipiens in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo, humiliavit se factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis* (Philip. ii, 6, 8), ut jam de cruce commendaretur caro et sanguis Domini novum sacrificium. Quando loquebatur Dominus noster Jesus Christus de corpore suo: *Nisi, inquit, manducaverit quis carnem meam et biberit sanguinem meum, non habebit vitam in se. Caro enim mea vere est esca, et sanguis meus vere est potus* (Joan. vi, 54 et 56). Intellectus spiritualis credentem alium facit,

quia littera occidit, spiritus est qui vivificat (II Cor. III, 6). Discipuli enim ejus qui eum sequebantur expaverunt et exhorruerunt, sermonem non intelligentes, et putantes nescio quid durum dicere Dominum nostrum Jesum Christum, quod carnem ejus quem videbant manducaturi erant, et sanguinem bibituri, et non potuerunt tolerare. Sed ipse, cum commendaret ipsum corpus suum et sanguinem suum, accepit in manus suas quod norunt fideles, et ipse se portabat quodammodo cum diceret: *Hoc est corpus meum*. Quia cum commendat corpus et sanguinem suum, humilitatem suam commendat. Ipsam enim humilitatem suam docuit Dominus noster in corpore et sanguine suo. Sapientia Dei, quam videbimus facie ad faciem, et omnes videbimus, et nemo zelabit, omnibus se exhibet et integra est et casta est omnibus. Illi mutantur in eum, et ipse in eos non mutatur. Ipse est veritas, ipse est Deus. Veritas Verbum Dei est, sapientia Dei est, per quem facta sunt omnia, qui dixit: *Potestatem habeo ponendi animam meam* (Joan. x, 18). Ipsa est humilitas Domini nostri Jesu Christi, ipsa multum commendatur hominibus, ad ipsam nos hortatur ut vivamus, sicut dicitur in Canticis canticorum: *Venies et pertransies*. Ab initio fidei venturi sumus facie ad faciem, sicut scriptum est: *Dilectissimi, filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem* (I Joan. III, 2). Antequam ergo videamus facie ad faciem quod vident angeli, opus est nobis accedere ad hanc humilitatem, et adherere huic humilitati, quam commendat Dominus noster Jesus Christus, cum commendat corpus et sanguinem suum celebrari, quam humilitatem pro nobis suscipere dignatus est cum Verbum caro factum est. Accedite ergo ad eum et illuminamini. Accesserunt Judæi ut tenebrarentur; accesserunt enim ad illum ut crucifigerent. Nos ad eum accedamus ut corpus et sanguinem ejus accipiamus. Illi de crucifixotenebrati sunt, nos manducando crucifixum et bibendo illuminamur. Ecce gentibus datur crucifixus Christus. Unde accedunt gentes? Fide sectando, corde inhiando, charitate currendo. Pedes tui charitas est. Duos pedes, id est dilectionem Dei et proximi habe, ut non sis claudus, et istis duobus pedibus curre ad Deum. Sed dicit aliquis: Quomodo ad eum accedo? Tantis malis, tantis peccatis oneratus sum, tanta scelera clamant de conscientia mea, quomodo audeo accedere ad eum? Quomodo? Si humiliaveris te per pœnitentiam, et mundaveris cor tuum. *Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* (Matth. v, 8). Aufer inde cupiditatum sordes, aufer labem avaritiæ, aufer tabem superstitionum, aufer sacrilegia et malas cogitationes, aufer odia, non dico solum adversus amicum, sed etiam adversus inimicum. Aufer illa quæ dicit Dominus in Evangelio de corde procedere. *De corde, inquit, exeunt cogitationes malæ, adulteria, fornicationes, immun-*

ditæ, perjuria, falsa testimonia, et reliqua quæ co- inquinant hominem (Matth. xv, 19). Et: *Age pœnitentiam* (Act. VIII, 22). Pœnitentia autem et munditia cordis facit te accedere ad Deum, et recipere stolam priorem, quam perdidit prodigus filius, substantia, quam a patre suo acceperat, dissipata cum meretricibus vivendo luxuriose. Hæc enim substantia nobis est a Deo donata, omne quod vivimus, sapiamus, cogitamus, in verba prorumpimus; et in dissipatione hujus substantiæ stolam perdidimus, id est vestem Spiritus sancti, vestem nuptialem, vestem innocentiae, quam qui non habuerit, non potest regis interesse convivio. Quam bene conditus accepit homo, male a serpente persuasus perdidit, quamque in baptisate recepimus. Sed et post baptisma, per dignos pœnitentiæ fructus gratiam Dei recipimus, et occiditur nobis vitulus saginatus, qui pro pœnitentis immolatur salute, id est ipse Salvator, cujus quotidie carne pascimur, cruore potamur; quotidie pater filium recipit, semper Christus credentibus immolatur. De quo dicitur: *Ite, adducite vitulum saginatum* (Luc. xv, 23); id est prædicare occisum, et offerre in suo mysterio immolandum, et quotidie pro vobis, id est pro peccatoribus mortuum credite; et quotiescunque ei hostiam suæ passionis offeritis, toties ad absolutionem vestram passionem illius reparari confidite. Epulemur itaque, id est in remissionem peccatorum nostrorum carnem et sanguinem ejus fideliter credentes sumamus. Igitur sicut scriptum est: *Gustate et videte quam suavis est Dominus* (Psal. xxxiii, 9), qui dixit: *Nisi quis manducaverit carnem meam, et biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam*. Si autem non intellexeris, quomodo non intellexerunt qui dixerunt: *Quomodo ipse poterit nobis dare carnem suam manducare* (Joan. vi, 53), sicut legitur in titulo Psalmi trigesimi tertii, immutabit faciem suam David, id est Christus, et recedet a te, et dimittet te, et abiit. Beatus autem vir qui sperat in eum. Quisquis non sperat in Domino, miser est; qui sperat in se, aut in aliquo alio homine, et ille miser est. Vere magnus Dominus et misericordia ejus; vere qui nobis manducare dedit corpus suum, in quo tanta perpressus est et sanguinem bibere, qui est propitiatio peccatorum nostrorum, quia in peccatis suis moriuntur qui per eum non reconciliantur, et non delinquent omnes qui sperant in eum. Iste est modus justitiæ humanæ, ut vita mortalis quantumlibet proficiat, quia sine delicto esse non potest, in hoc non delinquat, dum sperat in eum in quo est remissio delictorum, quæ non fit nisi per sanguinem Christi. Grandis enim majestas et grandis potentia est sanguinis Christi, quo solvit manum diaboli, et redemit nos de manu ipsius inimici. Sicut enim sunt aliqua animalia, et stringunt aliquid intra se inclusum, hoc dicunt et medici et physici, ut nisi fractum fuerit, a se non dividetur, nec dimittit illud quod intrinsecus clausum tenet; si autem missum fuerit oleum, statim dissolvitur, et quod strictum fuerat dissipatur et dividitur in

partes; sic et manum durissimam diaboli solvit **A** sanguis Christi. Nolebat nos dimittere diabolus, sanguinem fudit Dominus quasi oleum misericordiae, et per ipsum nos liberavit. De hoc oleo misericordiae Christi per prophetam dicitur: *Computrescit jugum a facie olei* (Isa. x, 27). Sub jugo quippe tenebatur diabolicæ dominationis, sed uncti sumus oleo Spiritus sancti, quo de immaculata Virgine conceptus et natus est Christus, per cujus sanguinem et a jugo dominationis diabolicæ sumus redempti, et a peccatis omnibus emundati, ut dicit nobis Joannes apostolus: *Sanguis Jesu Christi Filii Dei emundat nos ab omni peccato* (I Joan. 1, 7), Sacramentum namque Dominicæ passionis, et præterita nobis omnia in baptismo pariter peccata relaxavit, et quidquid quotidiana fragilitate post baptismum commisimus, ejusdem nostri Redemptoris nobis gratia dimittit, maxime cum inter opera lucis quæ facimus humiliter quotidie nostros illi confitemur errores, cum sanguinis illius sacramenta percipimus, cum dimittentes debitoribus nostris nostra, nobis debita dimitti precamur, cum memores passionis illius libenter adversa quæque toleramus. Fidelis enim est Deus, qui non permittet nos tentari supra id quod possumus sufferre (I Cor. x). Quidquid enim homo passus fuerit pro nomine Christi, et pro spe vitæ æternæ, et permanens toleraverit, major ei merces dabitur; qui si cessarit diabolo, cum illo condemnabitur. Sed opera misericordiae cum pia humilitate impetrant a Domino, ut non permittat servos suos tentari plusquam possunt sustinere. Gustate et videte quam suavis est Dominus, quam beatus vir qui sperat in eo. (Aug. serm. 2 de verb. apost.): « Et audiamus veracem Magistrum divinum Redemptorem commendantem nobis pretium nostrum sanguinem suum. Locutus est enim nobis de corpore et sanguine suo, commendans talem escam et talem potum: *Nisi manducaveritis carnem meam et biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis* (Joan. vi, 51). Et hoc dixit de vita quis alius quam ipsa vita? erit autem illi homini mors non vita, qui mendacem putaverit vitam. Ergo et de corpore ac sanguine suo dedit nobis salubrem refectionem. Manducant ergo qui manducant, et bibant qui bibunt, esuriant et sistant, vitam manducant, vitam bibant. Qui illud manducas reficeris, sed sic reficeris ut non deficiat unde reficeris. Illud bibere quid est nisi vivere? Manduca vitam, bibe vitam; habebis vitam, et integra est vita. Tunc autem hoc erit, id est, vita unicuique erit corpus et sanguis Christi, si quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritaliter manducatur, spiritaliter bibatur. » Ad istam mensam quis nos invitavit et quid præparavit? Invitavit Dominus servos, et præparavit eis cibum seipsum. Quis audeat et manducare Dominum suum? et tamen ait: *Qui manducat me, et ipse vivit propter me* (Joan. vi, 58). Quando Christus manducatur vita manducatur, nec occiditur ut manducetur, sed mortuos vivificat. Quando manducatur reficit, sed non

deficit. Non ergo timeamus, fratres, ipsum panem manducare, ne forte finiamus illum, et postea quid manducemus non inveniamus: manducetur Christus, vivit manducatus, quia resurrexit occisus. Nec quando manducamus de illo partes facimus. Et quidem in sacramento sic fit, et norunt fideles quemadmodum manducant carnem Christi. Unusquisque accipit partem suam. Per partes manducatur, et manet integer totus: per partes manducatur in sacramento, et manet integer totus in cælo, manet integer in corde suo. Totus enim erat apud Patrem quando venit in Virginem implere illam, nec recessit ab illo. Veniebat in carnem ut eum homines manducarent, et manebat integer apud patrem ut angelos pasceret. Et quando Christus factus est homo, panem angelorum manducavit homo. **B** Mysterium nostrum in mensa Domini positum est, mysterium nostrum accipitis, et ad id quod estis Amen respondetis, et respondendo subscribitis. Audis ergo corpus Christi, et respondes Amen. Utinam teneat cor quod dicit os, utinam habeat fides quod verbo respondes: esto membrum corporis Christi, ut verum sit Amen.

Mysterium pacis unitatis nostræ Christus in sua mensa consecravit: et quis alius nisi ipse quotidie in sua mensa consecratur? Deus enim adest verbis suis evangelicis, sine quibus sacramentum non consecratur, et ipse sanctificat sacramentum suum, et facit seipsum, sicut ipse dicit: *Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur*. Sicut enim ad verbum illius, ut primum jusserat, germinat terra herbam virentem, et facientem semen, et lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum, et impletur quotidie quod primum dixit: *Crescite et multiplicamini* (Gen. 1, 22), quæ benedictio etiam nec post peccatum hominis est abolita: ita et verba illius, qui totus ubique est, et semper est, etiam per peccatores prolata in sanctificatione corporis et sanguinis illius, per omnes mensas in catholica Ecclesia toto terrarum orbe diffusa, perfectam vim oblinent consecrandi corpus et sanguinem ejus qui dixit: *Accipite et manducate, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur; Et: Accipite et bibite: Hic est sanguis meus, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis*. Et sicut sive hæreticus, sive schismaticus, sive facinorosus, quisque in confessione sanctæ Trinitatis baptizet, non valet ille qui ita baptizatus est a bonis catholicis rebaptizari, ne confessio et invocatio tanti nominis videatur annullari, quia ipso est, ut scriptum est, qui baptizat, qui discipulis suis jussit dicens: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti* (Matth. xxviii, 19). Ita et cujuscunque vel qualiscunque meriti sacerdos officium consecrationis sacramentorum corporis et sanguinis Christi secundum traditionem exercent, ipse est qui eadem sacramenta consecrat per verba sua, qui dixit: *Accipite et comedite: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: Et, Accipite et bi-*

bite : *Hic est sanguis meus, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum : Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.* Qui autem accipit mysterium unitatis, et non tenet vinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se. Nulli est aliquatenus ambigendum, tunc unumquemque fidelium corporis sanguinisque Dominici participem fieri, quando in baptisate membrum corporis Christi efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiamsi antequam panem illum comedat et calicem bibat, de hoc sæculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat. Sacramenti quippe illius participatione ac beneficio non privatur, quando ipse hoc quod illud sacramentum vivificat invenitur. Et panis ac calix Christi non qualibet sed certa consecratione mysticus fit nobis, non nascitur (Lib. xx *contra Faustum*.) Proinde quod non ita fit, quamvis sit panis et calix, alimentum est refectionis, non sacramentum religionis : nisi quod benedicimus, gratiasque agimus Domino in omni munere ejus, non solum spiritali, verum etiam corporali. Nam et nos hodie accipimus visibilem cibum : sed aliud est sacramentum, quod præcessit in manna. Hunc panem significavit manna, hunc panem tribuit altare Dei. Et : *Bibebant, inquit, de potu spiritali sequente eos petra : petra autem erat Christus (I Cor. x, 4).* Inde panis, inde potus. Petra Christus in signo, verus Christus in verbo et carne. Et quomodo biberunt? Percussa est petra de virga bis. Gemina percussio duo ligna crucis significat. Hic est ergo panis de cælo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit non moriatur. Unde dicit Apostolus : *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? (I Cor. x, 16).* Si quis manducaverit, inquit, Dominus, ex hoc pane vivet in æternum, et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vitu (Joan. vi, 52). Quæ caro quibusdam est ad vitam, quibusdam ad exitium, sicut exstitit Judæ : non quia malum erat quod Judas accepit, sed quia malus Judas bonum male accepit. Sacramentum quippe pietatis in iudicium sibi sumit indignus. Bene enim esse non potest male accipienti quod bonum est. *Caro enim mea, inquit, vere est cibus, et sanguis meus vere est potus.* Cum enim in cibo et potu id appetant homines, ut non esuriant, neque sitiant, hoc veraciter non præstat nisi iste cibus et potus qui eos a quibus sumitur immortales et incorruptibiles facit. In hac enim mystica distributione spiritalis alimonie hoc impertitur, hoc sumitur, ut accipientes virtutem cælestis cibi, in carnem illius qui caro nostra factus est transeamus, quatenus unum effecti cum illo, a mundi principe, a quo per peccatum rapti fuimus, non teneamur, facti unum cum illo qui dixit : *Venit enim princeps hujus mundi, et in me non habet quidquam (Joan. xiv, 30).* Qui rursus dicit : *Qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in eo.* Sicut enim verus est Dei Filius Dominus noster Jesus Christus, non quemadmodum homines

A per gratiam, sed quasi Filius ex substantia Patris, ita vera caro sicut ipse dixit quam accipimus, et verus est ejus potus. »

Sed forte dicas, quod dixerunt tunc temporis etiam discipuli Christi, audientes dicentem : *Nisi quis manducaverit carnem meam, et biberit sanguinem meum, non manebit in me, nec habet vitam æternam (Joan. vi, 54),* forte dicas, quomodo? qui similitudinem video, non video sanguinis veritatem. Primo omnium dixi tibi de sermone Christi qui operatur ut possit mutare et convertere genera instituta nature, sicut de virga Moysi quæ mutata est in serpentem, et rursus in virgam, et flumina Ægypti mutata sunt in sanguinem, et rursus in aquam, et alia multa signa quæ in Scripturis leguntur. Deinde ubi non tulerunt sermonem Christi discipuli ejus, sed audientes quod carnem suam daret manducare, et sanguinem suum daret bibendum recedebant, solus tamen Petrus dixit : *Verba vitæ æternæ habes (Joan. vi, 70),* et ego a te quomodo recedam? Ne igitur plures hoc dicerent, veluti quidam esset horror cruoris, sed maneret gratia redemptionis, ideo in similitudinem quidem accipis sacramentum, sed veræ nature gratiam virtutemque consequeris. *Ego sum, inquit, panis vivus qui de cælo descendi (Joan. xxxv, 41).* Sed caro non descendit e cælo, quo ergo descendit panis e cælo, et panis vivus? quia idem Dominus noster Jesus Christus consors est et divinitatis et corporeis, et tu qui accipis carnem divinæ ejus substantiæ, in illo participaris alimento. Qui manducaverit hoc corpus, fiet ei remissio peccatorum, et non morietur in æternum. (*Ambrosius de mysteriis et de sacramentis.*) « Ergo non otiose dicis tu Amen, jom in spiritu confidens quod accipias corpus Christi. Cum tu pelieris, dicit tibi sacerdos, corpus Christi, et tu dicis Amen, hoc ost verum : quod confestur lingua, tenet affectus. Consecratio igitur quibus verbis est, et cujus sermonibus? nempe Domini Jesu : panis est ante verba sacramentorum, ubi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Qui pridie quam pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem, respexit ad cælum, ad te, sancte Pater omnipotens, æterne Deus, gratias agens, benedixit, fregit, fructumque discipulis et apostolis suis tradidit dicens : *Accipite et edite ex hoc omnes, hoc est corpus meum quod pro multis confringetur.* Similiter et calicem, postquam cœnatum est, respexit ad cælum, ad te, sancte Pater omnipotens, æterne Deus, gratias agens, benedixit, apostolis et discipulis suis tradidit dicens : *Accipite et bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus (Matth. vi, 28).* Vide illa omnia verba evangelistæ sunt usque ad accipite, sive corpus sive sanguinem, inde verba sunt Christi. Antequam consecratur, panis et vinum aqua mixtum est, ubi autem verba Christi accesserunt, corpus et sanguis est Christi, advertimus igitur majoris esse gratiam quam naturam. Quod si tantum valuit sermo Eliæ ut ignem de cælo deponeret (*III Reg. xviii, 38*), non valebit Christi sermo, ut species mutet elementorum? De totius mundi operibus legisti, quia ipse dixit et

facta sunt (Psal. cxviii, 5). Sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potuit quæ sunt, in id mutare quod non erant? Non enim minus est novas dare res, quam mutare naturas. Sed quid argumentis utimur? Suis utamur exemplis, incarnationisque astruamus mysterii veritatem. Nunquid naturæ usu processit, cum Jesus Dominus ex Maria nasceretur? Si ordinem quærimus, viro mista femina generare consuevit. Liquet igitur quod præter naturæ ordinem Virgo generavit. Et hoc quod conficimus corpus Christi ex Virgine est: quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam ipse Dominus Jesus ex virgine Maria carnem sumpserit, quæ crucifixa est, quæ sepulta est? Vere ergo carnis illius sacramentum est. Ipse clamat Dominus Jesus: *Hoc est corpus meum* (Matth. xxvi, 26). Ergo didicisti quod ex pane fiat corpus Christi, et quod vinum aqua mistum in calice fiat sanguis consecratione Verbi cœlestis. Deinde ipse Dominus Jesus testificatur nobis quod corpus suum accipiamus et sanguinem, nunquid debemus de ejus fide et testificatione dubitare? Corpus enim Dei corpus spiritale, corpus Christi corpus est divini spiritus, qui spiritus Christi, ut legimus, spiritus ante faciem vestram Christus Dominus. Et in Petri epistola habemus, *Christus pro nobis mortuus est* (I Petr. iii, 18).

Et Paulus dicit: *Ego enim accepi a Domino quod et tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, Accepit panem et gratias agens benedixit, fregit ac dixit: Accipite et manducate, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter, et calicem postquam cœnavit dicens: Hic calix Novum Testamentum est in sanguine meo, hoc facite in meam commemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat* (I Cor. xi). Denique: *Cor nostrum esca ipsa confirmat, et potus ipse lætificat cor hominis* (Psal. ciii, 13), ut Propheta memoravit. Cujus spiritualis escæ figura præcessit in manna, de quo qui plus collegit quam jussum est, amplius non habuit, quia totus Christus in singulis, totus in omnibus est. Et hujus spiritualis potus figura præcessit, cum jussit Deus Moysi ut tangeret petram de virga (Num. xx, 11). Tetigit petram, et petra undam maximam fudit, sicut Apostolus dicit: *Bibebant autem de spiritali consequenti eos petra, petra autem erat Christus* (I Cor. x, 4). Non immobilis petra, quæ populum sequebatur, et tu bibe, ut te Christus sequatur. Vide mysterium Dei: Moyses, hoc est petra, sacerdos verbo Dei tangit petram et fluit aqua, et bibit populus Dei. Tangit ergo sacerdos, redundat aqua in calice, sicut in vitam æternam: et bibit populus Dei, qui Dei gratiam consecutus est; et unus de militibus post mortem Christi lancea tetigit latus ejus, et de latere ejus aqua fluxit: aqua autem ut mundaret, sanguis ut redimeret. Ille est qui venit per aquam et sanguinem Jesus Christus. De cujus sponsi carne Ecclesia prodit, quando ex latere crucifixi, manante

A sanguine et aqua, sacramentum redemptionis et regenerationis accepit. Et quotidie lavaço rigatur ac populo baptismatis scilicet abluta mysterio, corpus crucifixi in ara crucis torridum sumens, una cum ejus cruore roseo de latere crucifixi profuso. Aliter enim in sancta Ecclesia, quæ corpus est Christi, nec rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia, nisi in nostræ proprietate ac veritate naturæ nos verus pontifex reconciliet, et verus immaculati Agni sanguis emundet, qui licet sit in Patris dextera constitutus, eadem tamen carne, quam assumpsit ex Virgine, sacramentum propitiationis exsequitur, dicente Apostolo: *Christus Jesus, qui mortuus est, imo qui et resurrexit, qui est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis* (Rom. viii, 34). Et item Joannes apostolus: *Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum justum, et ipse est propitiatio pro peccatis nostris* (I Joan. ii, 1); et item: *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est et justus, ut remittat nobis peccata nostra, et emundet nos ab omni iniquitate* (I Joan. i, 9). Habentes ergo, ut dicit predicator egregius, *pontificem magnum, qui penetravit cœlos Jesum Filium Dei, teneamus confessionem. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam ejus consequamur, et gratiam inveniamus, in auxilio opportuno* (Hebr. iv, 14). Unde nihil dubitantes, sed corde credentes ad justitiam, et ore confitentes ad salutem, quando corpus et sanguinem illius sumimus, quod et Petrus quando hinc alii dubitaverunt Domino dixit: Domino cum Petro dicamus: *Domine, verba vite æternæ habes, et nos credidimus quia tu es Christus Filius Dei vivi* (Joan. vi, 70). Cujus caro fidelium vita est, si corpus ipsius esse non negligent. Fiat ergo corpus Christi, si volunt vivere de spiritu Christi, de quo non vivit nisi corpus Christi. Nam eam vitam accepit, et poculum æternitatis bibit, qui in Christo manet, et cujus Christus inhabitator est. Qui autem a Christo discordat, nec carnem Christi manducat, nec sanguinem bibit ad vitam, etiam si tante rei sacramentum ad judicium suæ præsumptionis quotidie indifferenter accipiat.

In cujus acceptione sequenda est nobis discretio, quam sanctum Domini Aaron secutum fuisse didicimus, qui mente lugubri se non debere sumere sacrificium pro peccato oblatum nobis ostendit. Dicamurque debitæ humilitatis confessione: *Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum* (Matth. viii, 8). (Ex August. hom. 50.) « Quod Apostolus commonet dicens, ut non judicium sibi manducet et bibat: quatenus a seipso judicatus per penitentiam non judicetur a Domino. Quæ actio penitentis tunc erit perfecta et Deo acceptabilis, si ascenderit homo adversum se tribunal mentis suæ, et constituerit se ante faciem suam, ne hoc ei postea fiat sicut comminatur Dominus peccatori: atque ita constituto in corde judicio, absit accusatrix cogitatio, testis con-

solentia; carnifex timor, deinde sanguis animæ per lacrymas profluat, postremo ab ipsa mente talis sententia proferatur, ut se indignum homo iudicet participatione corporis et sanguinis Domini, versetur ante oculos imago futuri iudicii, ut cum alii accedunt ad altare Dei, quo ipse non accedit, cogitet quam sit contremiscenda illa pœna, quæ percipientibus aliis vitam æternam; alii iudicium sibi manducant et bibunt. In qua actione pœnitentiæ magnopere cavenda est antiqui hostis astutia, qui sæpe cum mens a culpa resipiscit, atque admissum flere conatur, spes ac securitates vacuas ante oculos vocat, quatenus utilitatem pœnitentiæ subtrahat. Modo enim aliorum facta graviora, modo nihil esse quod perpetratum est, modo misericordem Deum loquitur, modo adhuc tempus subsequens ad pœnitentiam pollicetur, ut dum per hæc decepta mens ducitur, ab intentione pœnitentiæ suspendatur, quatenus tunc bona nulla percipiat, quam nunc mala nulla contristant, et tunc plenius obruatur suppliciiis, quæ nunc etiam gaudet in delictis. Et memores vindictæ, quam sunt passi qui ignem alienum in conspectu Domini obtulerunt, sicut in Heptateucho legitur, providendum nobis est, ne cum affectu peccandi, vel cum delectatione peccati, ad altare Domini accedamus, nec hoc quod ostendit Apostolus in Epistola ad Corinthios incurramus. Ideo, inquit, multi inter vos infirmi et imbecilles sunt, et dormiunt multi (I Cor. xi, 39). Et postquam flamma cujusque peccati et cordis delectatio a corde deferbuerit, atque post pœnitentiæ satisfactionem, sequamur quod de Zacchæo publicano in Evangelio legimus, quia *excepit gaudens Dominum in domum suam* (Luc. xix, 6), et fecit ei magnū convivium. Cujus domus sumus nos, et cui cogitatio hominis confitetur, et reliquæ cogitationis diem festum agunt illi. Dies enim festus est Domino compunctio cordis nostri, cum in lacrymas pro amore ejus assidue movetur. Cum igitur Redemptoris nostri corpus et sanguinem accipimus, debemus nos pro peccatis nostris in fletibus affligere, quatenus ipsa amaritudo pœnitentiæ abstergat a mentis nostræ stomacho perversæ humorem vitæ. Et post orationis et communionis tempora, quantum juvante Deo possumus, in ipso animum suo pondere et vigore servemus, ne post cogitatio fluxa dissolvat, ne vana menti lætitia subrepat, et lucra compunctionis anima per incuriam fluxæ cogitationis perdat. Sic quippe quod poposcerat Anna obtinere meruit, quia se post lacrymas in eodem mentis vigore servavit

A De qua nimirum scriptum est : *Vultusque ejus non sunt amplius in diversa mutati* (I Reg. i, 18). Quia igitur non est oblita quæ petiit, non est privata munere quod poposcit. »

B Hæc, rex clarissime atque charissime, accepta opportunitate de epistola, quam vobis mitti jussistis, ex sensu ac verbis catholicorum dulcioribus super mel et favum, sagittis quoque Potentis acutis cum carbonibus desolatoriis, et fulgurantibus hastis iræ Dei, et maxime de dictis favi, ut ita eum appellemus, divini eloquii, scilicet beati Gregorii, qui veraciter dicere potuit : *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, Domine, super mel et favum ori meo* (Psal. cxviii, 35), qui quod Domino ori ejus infundente suscepit nobis dulcissime ministravit, quasi in uno fascicudo et vobis et nobis, sed et omnibus legere et intelligere et servare volentibus, colligere studui pro modulo meo, ad instar illorum, qui ad complanandum Domini Salvatoris iter ramos cædebant de arboribus. Insuper etiam scripsi per quæ vitia præcipue, non solum generis humani fluvium absorbet, verum et vineam Domini Sabaoth, id est fideles quosque, aper de silva et singularis ille ferus diabolus exterminare quantum potest non cessat, et de quibus cætera vitia oriuntur, sicut quilibet scire volens in libro Moralium tricesimo primo potest legere. Quatenus et sapientia vestra, diaboli insidiis cognitis, iter ad regnum æternum facilius carpere, et ne simplicium fidelium Christi devotio in via veritatis erret ædificati, et indignitas mea, pro imposito sibi ministerio, sermonis sonitum exhibens iram Domini quoquo modo possit effugere. Hinc enim Moysi præcipitur, ut tabernaculum sacerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur : ut videlicet voces prædicationis habeat, ne superni inspectoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est : *Ut audiatur sonitus quando ingreditur et egreditur : anctuarium in conspectu Domini, et non moriatur* (Exod. xxviii, 35). Sacerdos namque ingrediens vel egrediens moritur, si de ea sonitus non auditur : quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine prædicationis sonitu incedit. Sed quia, nisi sit intus qui doceat, doctoris lingua exterior in vacuum laborat, obsecranda est nobis divina clementia, ut quod per nos loquitur in auribus vestris, per sancti Spiritus organum infundat cordibus vestris, qui cum coæterno Patre suo, in unitate ejusdem Spiritus sancti, vivit et regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

III.

DE DIVERSA ET MULTIPLICI ANIMÆ RATIONE *

AD CAROLUM CALVUM REGEM.

(Apud eundem, ex oodice S. Remigii Rhemensis.)

PRÆFATIO.

Præclarā sententia est virorum, utilia semper

* Hujus libri Flodoardus inter Hincmari opera non meminit, nec in vetusto exemplari auctoris hō-

quærentium, et posteritati inventa commendantium felices fore respublicas, si eas aut sapientes regerent,

men exprimit inscriptio, quæ sic habet : *Collectio cujusdam sapientis ex libris sancti Augustini, de di-*